BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA

PSEVDACRONIS
SCHOLIA IN HORATIVM VETVSTIORA

EDIDIT

O. KELLER

II.

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

PSEVDACRONIS
SCHOLIA IN HORATIVM VETVSTIORA

RECENSVIT

OTTO KELLER

VOL. II

SCHOL. IN SERMONES EPISTVLAS ARTEMQVE POETICAM

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MCMIV

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

PRAEFATIO

I.

De recensione §

Pseudacronianorum scholiorum optimam antiquissimamque recensionem codice Parisino *A* contineri eiusque auctorem ante medium quintum saeculum in Italia uixisse ueterumque sacrorum cultorem fuisse in symbola philologorum Bonnensium Lips. 1864—67 p. 499 sqq. iam pridem a nobis demonstratum est. Cum hac recensione proxima affinitate iuncta sunt schol. *vVcp* et Γ*, sed in carminum libro quarto et in epodis et in carmine saeculari scholiorum Γ auctorem scholia *A'* (= codicis illius archetypi, unde codex *A* fluxit) non ante oculos habuisse, uerum Porphyrionis interpretationes in suum usum uertisse apparet. Itaque quoniam codex *A* sub finem libri epodon deficit, in supplementum adduximus codices *v*(uel Γ') *Vcp*. Quae ratio quam iusta fuerit, miro casu factum est ut hodie facile possit demonstrari. Sero enim, quod quidem maxime me piget, postquam uolumen prius modo exiit ex prelo, in scidis Hamburgensibus, de quibus cf. quae diximus in Horati nostri a. 1899 editi praefatione p. XIV, fragmentum detexi ueri codicis *A* duobus foliis continens schol. epod. 16, 33—17, 50. Quo fit, ut expositiones *A* in lyrica et iambica Horati carmina iam habeamus paene integras. Desunt enim tantummodo expositiones in epod. 15, 1—16, 32 et 17, 51—76; praeterea

* $v + \Gamma$ significauimus siglo Γ'

euanuerunt schol. *A* epo. 16, 62—66. Fragmenta Hamburgensia adiecta sunt in ADDENDIS p. 510 sq. Congruunt autem propemodum ad uerbum cum iis scholiis, quae in laeuis paginis dedimus 438—462, ita ut in summa quaque pagina scribere licuerit: EXPOSITIO IN HOR. EPOD. 16 aut 17.

Atqui illa scholia sunt codicum *νVc*, planeque efficitur in uolumine primo eas interpretationes, de quibus codices *νVcp* uel *Vcp* inter se consentiunt, maximam partem ex uero Pseudacrone *A′* fluxisse, *Γ* uero ne iis quidem locis, ubi cum *V* congruit, sine dubitatione ad recensionem *A′* posse referri.

Itaque, quandoquidem scholia *νVc* inter se concordantia, quatenus codicem *A* ipsum comparare licet, ad stirpem *A* proxime accedunt, etiam in hoc secundo uolumine, scholiis *A* omnino deficientibus, id potissimum mihi proposui, ut recensionem *νVc* (*Γ′Vc* uel *ΓVc*) ex uniuersa librorum copia quantum potui elegerem et quasi exsecarem. Talia scholia, quae nota § insignienda curauimus, in sermonibus et arte poetica centiens inuenies. De huius recensionis auctore cf. quae scripsimus in uol. I praefatione p. XIII et Addend. II p. 508. Christianorum sacrorum expers (cf. quae de Moyse rege Iudeorum fabulatur s. I 9, 70. praeterea cf. s. I 5, 24. II 6, 20. 7, 4) uixisse uidetur a. 450—500, Theotisti, quo Priscianus doctore usus est, grammatici (s. I 5, 97) ac Serui Magistri aequalis (s. I 9, 76). Partem uitae in urbe Roma egisse putandus est (s. I 8, 7. 14 al.); Africam certe, Porphyrionis patriam, non nouit (cf. epo. 2, 53 ubi strutionem dicit pro gallina Numidica). Vt Vergili* aliorumque multorum ueterum studiosissimus, ita, si codicibus manuscriptis fides est, parum gnarus fuisse apparet sermonis Graeci. Porphy-

* cf. epi. I 7, 48 ubi nec uarias lectiones Vergilianas eum fugisse uidemus: Verg. Aen. VIII 361: Lautis . . . Carinis, licet legatur et latis. Item de uariis lectionibus Horatianis nonnulla refert ut s. I 2, 50. 6, 87

rionem sub commentatoris nomine diserte laudat a. p. 120. Vergilium subinde *Maronem* nominat, quod quidem nusquam fit in codice *A*. Nec magis scriptura *Vergilius* reperitur praeter recensionem *A'*.

Scholiorum § (= *Γ' Vc*) ordo is erat, ut epistulae tamquam agmen clauderent (cf. epi. II 2, 68). Vnde factum est, ut haec scholia sub finem epistularum et manca et corrupta in nostras manus uenerint. Quid quod in stirpe *Z* (= *cpζ Ferrar. Florent.*) omnes omnino epistulae praetermissae sunt. Hic igitur codices *Γ'* (*rγν*)*V* pro optimis testibus habendi sunt, aut, si *V* deficit, *Γ'* soli, ut epi. II 2, 114 — fin., aut *ΓV*, ubi codice *ν* caremus, ut epi. I 20 — II 2, 65; et quamuis in epistulis quoque scholiorum *Γ'V* indolem cum recensione § plerumque consentire constet, adeo ut quin illic schol. *Γ'V* reuera ex recensione § fluxerint uix possis dubitare, tamen quia *Z* deest, timens nequid temere interpoletur, non ausus sum paragraphi addere signum. Nam ea ipsa de causa recensionem *Z* quamquam nouissimam* haud prorsus spernendam duximus, quia multis interpolationibus ex schol. *Γ* oriundis non corrupta est, id quod luculenter docemur, si libri epodon finem comparamus, ubi *cp* constanter cum *A*§ (uide Add. uol. II p. 511), *V* uero (interpol.) saepe cum *Γ* facere uidemus. Ceterum nescio an fere ubique, dum *νV* congruant, etiam deficientibus *cpζ* ut in ipsis epistularum libris, signum § iure fuerit adscribendum.

Recensionem *Z* ex cod. *V'*, unde *V* ipse descriptus est, originem traxisse multis locis facillime perspici potest: librarius *V* exemplar suum scrupulosissime descripsit, et siquid certo legere nequibat, id aut timidiore quodam litterarum ductu aut litteris aliquot uel uocibus omissis et

* Cod. *c* saec. XV scriptus est, item auctore Chatelain cod. *p* et cod. *ζ*, *Ferrarensis* et *Florentinus* auctore Ramorino. *Ferrar.* est cod. class. II nr. 192 bibliothecae Ferrarensis, *Flor.* est societatis Columbariae cod. nr. 1

interuallis accurate dimensis aut adpicto puncto uelut dubitationis indicio significare solebat, uerba corrupta nusquam ex suo ingenio temere corrigebat; quae omnia porsus aliter fecit *Z*, ut cum multis aliis tum hisce demonstrari licet exemplis:

c. II 11, 11 capax *Γ*
pax *V*
par *cp*

a. p. 179 e pistrino *Γbf*
epiferino *V*
in epifermo *cζ*

a. p. 270 in iocis]
in uocis *V*
in uocis sono *cζ*

a. p. 274 pro arte rithmica]
pro artibus metica *V* *omis.* *cζ*

a. p. 287 desissent]
dedissent *V*
cepissent *c* cępissent *ζ*

a. p. 402 prouenturam]
prouenerī *V*
posse habere *cζ*

a. p. 422 igitur]
regit *V*
recte *cζ*

a. p. 437 coruum]
coruorum *V*
coruos *cζ*

a. p. 441 productum]
quod ductum *V*
(ꝗ *pro* ꝑ)
ductum *c* dictum *ζ*

a. p. 465 tarda]
ɴ da *V*
omis. *cζ*

II.

De recensione *Γ*

Recensio *Γ* (*rγb* uel alii*) partim ex recensione §, partim — nec solum ubi huius recensionis auctori § non ante oculos erat ut in carminum libro quarto, epodis, carmine saeculari — ex Porphyrione compilata est, insuper adiectis permultis additamentis, quae aut aliunde deprompta aut ab ipso scholiasta inuenta erant: qui quidem ut acutioribus criticis adnumerari non potest, ita incredibili adsiduitate ac sedulitate multo plura quam ceteri undique

* *αfCELεz* et pars *v*: de quibus omnibus uide uol. I praefationem p. VIII sqq.

coaceruauit longeque amplissimam confecit scholiorum congeriem. Quo factum est, ut apud hunc potissimum auctorem permultis locis explicationes inuenias, quae quamuis inter se pugnent, tamen altera alteram tamquam optima cum pace excipiunt.

Fuit Christianus (cf. c. I 16, 13. 14 de Adamo), sed superstitioni admodum addictus (s. I 3, 59 de nodis magicis; s. II 8, 209 de βιοθανάτοις) et uixit post Isidorum (quem c. III 29, 4 laudat; is autem uixit a. 570—636) et post eos qui recensiones *A′* et § confecerunt. Grammaticae Latinae studiosissimus* idem Graece optime sciebat, plebeios despiciebat**; num Romae uixerit, incertum est, Samnium non nouerat (cf. s. I 5, 51); commemorat etiam 'ciuitatem Augustam Vindelicam apud Raetos' (Augsburg c. IIII 4, 17), unde haud scio an quis concludat scholiorum *Γ* auctorem haud procul ab Alpibus in septentrionali quadam regione opus suum consarcinasse. Cum Fulgentio Afro (a. 468—523) — quem ego paululum quidem ante hos quadraginta annos (philol. Bonn. symbol. p. 501. 502) scholiorum *Γ* auctorem fuisse ea de causa suspicabar, quod in compluribus codicibus (*γ* Flor.) scholia Horatiana Fulgentii mitologiarum libro primo excipiuntur ne addito quidem ipsius Fulgentii nomine — prorsus nihil facere primo obtutu apparet, si nouam editionem Helmianam (a. 1898) cum scholiorum *Γ* dicendi genere comparamus: is enim multo deteriore utitur dictione.

Ceterum recensionem *Γ* (= *Γ*mg.) non ita terminare potui, ut non glossas quasdam interlineares admitterem: nam ne codices quidem ipsi hac in re inter se congruunt, sed fieri potest, ut quod in *b* uel *r* in margine legitur, idem in *γ* uel *α* inter uersus scriptum sit et similia, uel ut longioris adnotationis pars altera inter uersus, altera in margine legatur. Itaque nequid, quod maioris momenti

* cf. s. I 3, 89 (iugulus). 5, 14. 78. 6, 122. 123. 10, 7 (rictum). II 2, 43 (rapulum). 3, 163. 280. 4, 68. 8, 91 etc.


** 'Velut plebeius expers rationis' *epi.* I 7, 72

est, temere omittatur, quaecumque simul in gloss. ν (uel Γ′) et in cζ deprehendimus adnotata, ea cum praefixo asterisco edere haud dubitauimus, quin etiam ex uniuersa gloss. Γ copia nonnulla elegimus, quae aut ad sermonis aut ad antiquitatum studium alicuius momenti esse uidebantur, eaque in propria appendice admixtis alienigenis quoque aliquot glossematis memoratu dignioribus prelo subicienda curauimus.

III.

Stemma codicum

Librorum quam dicunt genealogiam hoc modo hodie possumus adumbrare:



IIII.

De adscripto nomine Acronis

Iam uero si quaeritur, qua de causa quicumque ante nos eadem scholia, quae nunc edidimus, foras emiserunt, ea fere omnes Helenio Acroni tribuerint, illud primum fatendum est nisi in nouissima ac manca* codicum stirpe *cpζ* Acronis nomen non esse traditum, qua de re in symbola Gastoni Boissier oblata (mélanges Boissier, Paris 1903) p. 311 sqq. uberius disputauimus.**

Huius stirpis auctorem non multo ante saeculum XIV uel XV, fortasse saec. XIII (cf. mél. Boiss. 313), in Italia*** degisse et recensioni suae quo maius adderetur pretium, omnium scholiastarum uetustissimi ac celeberrimi nomen praefixisse constat, Acronis scilicet, de quo in uita illa Horati, quam cum in aliis libris tum in *A* legimus, disertis uerbis scriptum est (uol. I p. 3): 'Commentati in illum sunt Porphyrion, Modestus et Helenius Acron, Acron omnibus melius.' Vnde colligere licebit scholiastam *A′*, qui Helenium Acronem multo pluris aestimabat quam ceteros, eiusdem commentarios prae aliis excerpsisse; cuius rei argumentum extat epod. 5, 25 ubi schol. *A* § (*AνVcp*) id ipsum de Sagana dictum quamquam decurtatum exhibent, quod apud Helenium Acronem legere sese meminit Porphyrion (serm. I 8, 25).

Sed etiam ille, qui scholia *Γ* compilauit, ex uetere Acrone nonnulla deprompsisse uidetur, quippe qui ipsum laudat Acronem carm. IV 9, 37: 'Acron interpretatur: Lollius'.

Itaque etiamsi uniuersa ea scholia, quae his duobus uoluminibus edidi, ad ueterem illum Acronem omnium

* In nullo huius stirpis codice epistulas legi modo diximus. Codice *p* nil nisi carmina et epodi carmenque saeculare continentur

** Illic p. 311 pro *AvV* legendum est *AνV*

*** cf. schol. proprium *cζ* *Ferr. Flor.* serm. II 3, 248 ubi castanearum mentio fit

interpretum praestantissimum referenda esse ne stultior quidem homo hodie putauerit, tamen multa ueri Acronis dicta partim integra, partim aucta, partim decurtata uel alio modo uariata in iis inesse uerisimile est. Quin etiam eorum, quae Porphyrioni et Pseudacroni communia sunt, partem aliquam ex uero Helenio fluxisse suspicari licebit: nam quamquam Porphyrionem aliquot saeculis ante Pseudacronem *A'* scripsisse neminem fugerit (cf. quae de Porphyrionis aetate et patria in philologorum Bonnensium symbola p. 491—499 et in editionis Horat. alterius praefatione p. LXXVIII exposui*), tamen nostris scholiis haud pauca insunt, quae aut meliora aut minus mutila leguntur, quam apud Porphyrionem. Quoniam igitur Porphyrio et Pseudacron admodum arta cognatione inter se coniuncti sunt, hunc cum illo congruere permultis locis adnotauimus, interdum etiam ad emendandum Pseudacronis textum uetustiorem illum adhibuimus scholiastam.

V.

De commentatore Cruquiano

At erunt sane qui mirentur, quod 'commentatoris Cruquiani', quem ne unus quidem omnium nostrae aetatis philologorum prorsus spernere ausus est, nulla ferme facta sit mentio. Sed iure ex apparatu nostro exclusus esse putandus est, quippe qui nihil aliud est nisi milliens interpolata et immutata scholiorum *ΓZ* farrago.

Cruquius ipse in praefatione 'ad lectorem beneuolum' scripta de 'commentatore' suo haec narrat (*edit.* 1578 *p.* * * *3*):

'In antiquis commentariis iam pridem in quartum odarum, epodos et satyras euulgatis, lector candide, non-

* Quas opiniones meas per Landgrafium, Wessnerum, Föhrdeum, Kiesslingium aliosque harum rerum peritissimos uiros non solum comprobatas, sed etiam nouis argumentis gaudeo esse confirmatas

nullos intelligo et non postremae notae uiros subsannare, atque adeo reiectare dictionem hanc „Commentator“ quasi minus idoneam nec satis ut enarratorem notet Latinam: quod etiamsi non penitus infitier, tamen si diligentius animaduertant nostrum ea in re consilium et epistolam ad lectorem olim lib. odarum quarto praepositam candidius pellegant, aequiores certe nobis eos fore crediderim. Nam quis eum nominet honorifice, quem ne nouit quidem? ut taceam ea quae euolui in Horatium scripta uix ullo honore digna, sed ita lacera, manca, mutila, lacunosa et tantum non carie uetustateque deperdita, ut ex iis uix hos Commentarios consarcinauerim. Quid? quod auctoris nomen opera nulla consequi potuerim? In editis olim per Henricum Petri operibus Horatii inter innumeros fere explanatores legere quidem est uirorum doctissimorum Acronis et Porphyrionis numeros et nomina, sed in plerisque eis adscriptis miror atque detestor non oscitantiam typographi, ut quem fortasse mucosum fecit lucri crassus odor, sed ineptos cuculos, qui tantos uiros non reueriti, suae stupiditatis labe non puduit aspergere [*sic*]. Facile coniicio eos in eiuscemodi librarios incidisse, quales per aliquot annos ualide nos exercuerunt; at hoc uehementer abominor, tam praecellentibus scriptoribus eos tantam barbariem nuncupasse. Quod certe ne facerem, et iudicarem ex doctis enarrationibus nihil quam cucullata superesse commenta . . . ea non enarratoris, sed Commentatoris esse uolui. Deinde cum quatuor legerim Horatii interpretes, Porphyrionem, Acronem, Modestum et Scaurum, nec ullis Blandiniis, Tonsanis aut aliis scriptis appositum nomen alicuius, quid cui quaeso adscriberem? Fecerint hoc alii typographi, ut suos typos plausibiliores redderent; nostrum sane non fuit tam stulte te lectorem ludere tibique pro thesauris carbones ostentare'.

His uerbis efficitur commentatorem istum a Cruquio e compluribus codicibus consarcinatum esse auctoris nomine nusquam adscripto. Itaque uerisimile est Cruquium nec ex Porphyrionis quodam codice nec ex Pseudacroniana

familia *cpζ* commentatoris sui maximam partem prompsisse, quoniam illiusmodi libri Porphyrionis, hi* Acronis nomen prae se ferre solent. Nec minus deerant Cruquio codd. *AvV*: nam in carminum libro quarto, epodis, carmine saeculari, ubi schol. *Γ* omnino differunt ab *AvV*, commentator Cruquii nihil aliud praebet nisi schol. *Γ*. Appellationem 'commentatoris' ex schol. § a. p. 120 sumpsisse mihi uidetur; codicibus usus est scholiorum *Γ* adauctorum scholiis *λφ***, qualia habemus in codicibus ipsius Cruquii patriae propriis *fz**** et aliquatenus in *D*. Quodsi nonnulla deprehendimus, quae Porphyrionem sapiunt, hoc inde explicari licet, quod schol. *λφ* inprimis ad Porphyrionea scholia referenda sunt. Accedit quod Cruquium etiam ex edito Porphyrione adnotationes aliquot sumpsisse uideatur. Quin etiam ex recentiorum editorum commentariis haud pauca in 'commentatorem' suum inserebat. Adnotationum enim farraginem, quam ex codicibus manuscriptis congesserat, ita tractauit, ut non solum uerborum ordinem et constructionem, sed etiam uerba ipsa et dicendi genus saepissime mutaret innumerasque emendationes per silentium reciperet, ubicumque id aut sensus aut sermo postulare uideretur. Etsi non omnes, tamen plurimas formas et constructiones eiecit, quae a ueterum usu abhorrebant, earumque loco alias interpolauit, quae cum Ciceronis sermone non pugnant; sexcentas elocutiones, quae minus elegantes uidebantur, elegantioribus cedere coegit. Vbicumque manuscriptorum scholiorum textum corruptum uel mutilum esse putabat, meras coniecturas sine ullo scrupulo in textum inculcauit nec umquam ea uerba in ipsis libris non legi monuit lectorem.

Subinde non solum superuacuae, sed etiam falsissimae occurrunt emendationes, ut a. p. 59: 'Praesente nota] Praesentis temporis charactere. Tracta metaphora est a

* Vt *pζ* *Ferr. Flor.*

** Haec scholia propediem edere sibi proposuit Alfredus Holder amicissimus

*** Cod. *f* nunc Leeuwardensis est, *z* Leidensis

nummis, quia nummi in noua fusura iuuant inopiam.' Haec stultissima sententia non legitur in codicibus; deest enim uox 'inopiam', quae si deletur, optime intellegimus, quid uoluerit auctor, efficiturque sententia uerissima, qua nouis nummis magis nos iuuari uel delectari dicit quam diuturno usu deterioratis. Inopiam uero haud minus antiquioribus nummis leuari quam noue fusis quis est qui neget?

Nec rarius inueniuntur ii loci, ubi propter aliquam librorum corruptelam aut totum scholion aut scholii alicuius pars silentio praeteritur.

Haec omnia si perpendimus, quamuis 'integram suam fidem' Cruquius ipse iactat (ut p. 639), tamen adeo in eius uerba iurare, ut quaecumque apud commentatorem leguntur, in antiquis scholiis reuera scripta fuisse credamus, haud facile audebimus.

Vt unum, quod antiquitates Romanas attinet, adferam exemplum: equidem in commentatiuncula, quam de sepulcro Romuli et duobus leonibus scripsi (Iahreshefte des österr. archäolog. Instituts 1901 p. 50) uiros doctissimos Modestovium et Gammurinium monui, ne de sensu uerbi 'constat', quod quidem apud commentatorem epo. 16, 13. 14 repprerunt, disceptarent, quippe quod illud uocabulum in ueris schol. *Γ* non inueniretur.

Aeque uno quidem exemplo monitos uelim eos, qui de litteris Latinis scribunt. Sunt enim qui dicant commentatori Cruquiano pleniorem 'Acronem' quam nobis ante oculos fuisse, eiusque rei testimonium adferant comment. ad serm. I 8, 25: 'Haec Sagana liberta fuisse dicitur Pomponii senatoris, qui a triumuiris est proscriptus.' Atqui Porphyrio ad h. l. scribit: 'Memini me legere apud Helenium Acronem Saganam nomine fuisse Horati temporibus Pompei sagana* senatoris, qui a triumuiris pro-

* sagana *UMP* saga *W* sagam *Holder cum Petschenigio, alii* libertam; uxorem *uel* coniugem *fort. Acron ipse, cf. Pseudacr. uetust. epo.* 5, 25: Sagana] Nomen ueneficae alterius. Haec senatoris cuiusdam uxor fuit

scriptus est.' Ergo sunt qui arbitrentur ut Porphyrionem ita etiam commentatorem ipsius Helenii Acronis librum ante oculos habuisse. Sed falsi sunt. Immo sicut permultis aliis locis, ita etiam hic nihil aliud fecit Cruquius, nisi ut Porphyrionis adnotationem in commentatoris sui usum conuerteret. Simili modo in schol. u. 48 ea quae Porphyrio ex Varronis uirgula diuina attulit inter commentatoris sui uerba interpolat, sed ita, ut complura uocabula immutata reddantur, id quod in schol. u. 25 quoque uidimus, ubi pro codicum Porphyrioneorum scriptura 'Pompei' Cruquius inculcauit Fabricii coniecturam 'Pomponii'.

Itaque commentatoris istius undique consarcinati ac nimis interpolati nusquam habui rationem excepto uno loco miserrime corrupto serm. II 5, 11, quamquam ne hic quidem illinc nobis lux adfertur.

Simili de causa exclusimus ex apparatu scholia Vindobonensia ad artem poeticam pertinentia, quae Karoli Magni temporibus ab Alcuino profecta nihil aliud sunt nisi paraphrasis schol. *Γ*, cf. quae de Zechmeisteri editione demonstraui in Zeitschr. f. d. österr. Gymn. 1877 p. 516 sqq.

De commentatore illo Cruquiano fusius disputare proposuit sibi Iosephus Endt, phil. doctor Pragensis, nunc gymnasii Smichovensis professor, qui me liberaliter in plagulis adiuuit corrigendis. Equidem cum aliis de rebus tum de locis aliquot dubiis animum induxi disserere in studiorum Vindobonensium anni 1904 fasciculo primo. Scholiorum *λφ* editionem ab Holdero meo parari iam supra diximus.

Denique iis omnibus, qui in conficiendo hoc opere aliquo modo me adiuuerunt, iterum hic ex animi sententia gratias ago quam maximas.

Pragae, Nonis Decembribus MCMIII

O. Keller

INDEX

VOLVMINE PRIMO continentur haec:

Praefatio p. V—X

Siglorum conspectus p. XI—XIII

Vitae Horatii p. 1—3

Expositio metrica p. 4—12

Scholiorum in carmina, epodos, carmen saeculare contextus p. 13—480

VOLVMINE SECVNDO continentur:

Praefatio p. III—XIV

De recensione § (*v V Z*) p. III—VI

De recensione *Γ* p. VI—VIII

Stemma codicum p. VIII

De adscripto nomine Acronis p. IX sq.

De commentatore Cruquiano p. X—XIV

Siglorum explicatio p. XVI

Scholiorum in sermones, epistulas, artem poeticam contextus p. 1—379

Glossarum *Γ* appendix p. 380—398

Index auctorum p. 399—415

Index generalis siue nominum, rerum elocutionumque memorabilium p. 416—508

Addenda aut corrigenda p. 508—512

SIGLORUM EXPLICATIO

A' = archetypus codicum *A* et §
A = cod. Parisinus 7900 A saec. X
Γ' = *Γ* + *v*
Γ = *r* et *γ*, aut *r* uel *γ* cum quolibet altero codice ad stirpem *Γ* pertinente ut *αbf*. In apparatu critico *Γ* semper = *rγ* est, numquam = *γα* aut *rb* simil.
C = cod. Monacensis Lat. 14685 saec. X. Scholia *C* et *E* magis cum glossis *Γ* quam cum adnotationibus in margine additis congruunt
D = cod. Argentoratensis C VII 7 saec. X
E = cod. Monacensis Lat. 14865 pars altera saec. X
F = *φ* et *ψ*
H. = Holder
K. = Keller
L = cod. Lipsiensis I 4, 38 saec. X
Porph. uel *P.* = Porphyrio
V' = cod. unde descriptus est cod. *V*
V = cod. Vaticanus Latinus 3257 saec. XII
Z = familia *cpζ* uel *cζ*
α = cod. Halensis Yg. 21 saec. XI
γ = cod. Parisinus Latinus 7975 saec. XI
ε = fragmenta Einsidlensia saec. X
ζ = cod. Parisinus Latinus 7985 saec. XV
λ = cod. Parisinus Lat. 7972 saec. X init.
μ = cod. Montepessulanus nr. 425 saec. XII
v = cod. Dessauiensis A saec. X init.
φ = cod. Parisinus Lat. 7974 saec. X init.
ψ = cod. Parisinus 7971 saec. X init.
a = cod. Ambrosianus O 136 saec. VIIII exeunt.
b = cod. Bambergensis K, 2 saec. X
c = cod. Wolfenbuttelanus Lat. Aug. 81. 31 saec. XV
edit. = editiones ueteres, ante saec. XIX, inprimis Fabriciana 1555
f = cod. Franekeranus saec. XI—XII
m = cod. Monacensis Latinus 375 saec. XI—XII
o = cod. Argentoratensis C VI 19 saec. X—XI
p = cod. Parisinus Latinus 7988 saec. XV
r = cod. Parisinus Latinus 9345 saec. X—XI
u = cod. Parisinus Lat. 7973 saec. VIIII—X
x = cod. Oxoniensis Doruillianus Lat. 198 saec. XI
z = cod. Leidensis Vossianus 21 saec. XII
⟨ ⟩ = quae addita sunt ab editore
[ ] = quae interpolata uidentur
† = locus nondum sanatus
* = ea scholia quae nec in *A* nec in *V* tradita sunt
§ = schol. *vVcζ* uel *Γ'Vcζ* (uel *ΓVcζ*) congruentia

SERMONVM LIBER I.

§ Sermonum libri ideo dicti, quia uili sermone sunt potius quam tumenti, siue quia ad praesentes scribuntur. Epistulis enim ad absentes loquimur, sermone cum praesentibus. Quamuis igitur hoc opus satyram esse Horatius ipse profiteatur, cum ait (*s.* II 1, 1. 2):

> Sunt quibus in satyra uidear nimis acer et ultra
> Legem tendere opus,

tamen proprios titulos uoluit ei accommodare, hos priores duos libros Sermonum, posteriores Epistularum ⟨in⟩scribens (*Γ′ Vcζ ex Porph.*

§ Satyra dicitur lancis genus tractum a choro Liberi patris, qui est minister uini et epularum (*Γ′ Vcζ*

§ Satyra istius inter Lucilii est et Iuuenalis; nam et asperitatem habet, quam [et] Lucilius, et suauitatem, quam Iuuenalis, mixtam in suo carmine. Denique nisi Iuuenalis scripsisset, isto nemo esset melior; uerum tamen sciendum est, quia satyrarum carmen a primo omnium auctore Lucilio repertum est. Plerique satyram a lance,

2 sunt *rcζ*] sint *γνV* 4 eptis *ν* epts *γ* epistolis *rVc* ępistolis *ζ* 5 satyram *rVcζ*] satiram *γ* suturam *ν* 7 satyra *rνVcζ*] satira *γ* 10 libros duos *γ* (epistul: *r Porph.*) scribens *codd.* inscribens *edit. cum Porph.* 12 (satyra *Γ′ Vcζ*) 14 satyra *νVcζ*] satira *Γ* 15 et *ante* Lucilius *om. γcζ* 16 mixtam *rcζ*] mixta *νV* ↑ mixta (*sic*) *γ* 18 satyrarum *νVcζ*] satirarum *Γ et ν alt. loco* 19 satyram *νVcζ*] satiram *Γ*

quae plena diuersis frugibus templo Cereris infertur, nomen accepisse dicunt; nam et ea hoc nomine appellatur. Ergo et hoc carmen propterea satyram nominarunt, quia ita multis et uariis rebus refertum est, ut audientes saturet. Alii dicunt, quod ideo satyra uocitata sit, quod ita [in] conuitia et crimina hominum libere inuadat, ut saturati homines idest ebrii (*Γ′ V c ζ*

SERM. 1

1. Quae ratio, quae res facit, ut studia diuersa laudent? Respondit 'auaritia' (*Γ′ f V*

*Qui fit (*c ζ*)] Vnde, quo modo, ex qua causa (*Γ′ f c ζ*

*Sortem (*ν c ζ*)] Professionem, propositum, institutum uiuendi (*Γ′ c ζ*

2. *Seu ratio deder · (*ν*)] Signate dixit: ratio dederit, fors obiecerit (*Γ′ c ζ*

§ Aut ratione inimus propositum uitae aut fortuna; uerbi gratia: aliquis init, ut militet: hoc rationis est; alius de summo gradu felicitatis ad ima detrusus init docendi aut arandi necessitatem: hoc fortunae est (*Γ′ V c ζ*

§ Breuiter duas sectas tetigit; nam cum dicit ratio, Stoicos tangit, cum fors, Epicureos. Stoici enim dicunt omnia certa ratione fieri, Epicurei fortuitu (*Γ′ V c ζ*

3. *Laudet diuersa (*ν*)] Terentii illam tractat sententiam (*Phorm.* I 3, 20):

Omnis nosmet nostri poenitet (*Γ′ b c ζ*

1 frugibus diuersis *γ* in templo *γ c ζ* templo *cett.* 3 satyram *r ν V c ζ*] satiram *γ* 5 satyra *r V c ζ*] satira *γ ν* uocitata *r ν V c*] uocata *γ ζ uar.* appellata *ζ* in conu: *r ν V*; in *om. γ c ζ* 6 conuitia *Γ*] conuicia *V c* conuiuia *ν* uitia *ζ* inuadat *γ c ζ*] uadat *r ν V* saturati] saturi *r* 7 idest] uel *ν* 10 respondet *Hauthal* 11 modo] *om. c* 16 proposita *V* 19 arandi] orandi *Pauly sil.* 21 epicureos *c ζ*] epicuros *cett.* 22 fortuitu] fortuna *c* 25 poenitet *Γ* penitet *b ν c ζ*

5. § Membra (*V*)] Figurate 'fractus membra', sicut (*Verg. Aen.* VIIII 582):

Pictus acu tunicam

[idest fracta membra habens] (*Γ′bfLVcζ*

7. *Militia est potior (*c*)] *Κατὰ κοινόν* (*Γ cons. cζ*

*Quid enim? (*νc*)] Quare non? et est comicum (*Γ′cζ*

*Concurritur (*cζ*)] Confligitur (*Γ′cζ*

8. *Cita mors (*ν*)] Nam cito mori pro beneficio est (*Γ′fcζ*

9. § 'Iuris legum' quoniam multa genera iuris sunt (*Γ′fVcζ euan. b*

10. § Sub galli cantum (*νcζ*)] Prope galli cantum, ut (*Verg. Aen.* I 662):

Sub noctem cura recursat (*ex Porph.*).

'Sub' autem, quotiens tempus significat, accusatiuo iungimus, quotiens locum, ablatiuo (*Γ′fLVcζ*

§ Consultor (*νcζ*)] Percontator; nam interrogator non dicitur. Consultus est, qui docet; qui discit, consultor (*Γ′bfVcζ*

11. § Vadibus (*νcζ*)] Sponsoribus: a uadimonio [dicti], quo promittit se is, qui ad iudicium prouocatur, certo die adfuturum (*Γ′fLVcζ*

§ Vades ideo dicti, quod qui eos dederit, uadendi habet potestatem (*Γ′bfVcζ ex Porph.*

13. *De genere hoc (*cζ*)] Qui diuersa laudant de inconstantia (*Γ′bfcζ*

14. § Delassare (*νc*)] Valde lassare. Ita sunt multa, ut si uelit haec enumerare, homo garrulus nimium fati-

1 sicut — tunicam] *b non liquet* 3 tunicam] chlamydem *ν* clamidem *cζ* 4 idest — habens] *om. cζ* 5 ϰ: ϰ:] *spatium relictum in cζ* KOINVM *γ* koinum *r* 11 quoniam] quia *cζ* 21 dicti *V om. Γ′fLcζ* 22 promittis *γ* seis *f* eis *rνLV* is *cζ om. γ* qui] quę *fV* prouocatur] prouocant *V* 28 delassere *ν*

getur. Fuit tamen Fabius** eques Romanus Narbonensis, qui aliquos libros ad Stoicam philosophiam pertinentes conscripsit (*Γ′ f V c ζ cons. Porph.*

§ Fabius hic Pompeianas partes secutus aliquos libros scripsit ad Stoicam sectam pertinentes (*cons. Porph.*) et cum Horatio s⟨a⟩epe de disciplinis contendit; ideo ait loquacem (*Γ′ f V c ζ*

15. § Quo rem deducam (*v*)] Quid uolo dicere, quia omnes queruntur de professionibus suis et nemo uult eas deserere? (*Γ′ f L V c ζ*

16. *Qui modo miles (*c ζ*)] Deest eras (*Γ′ c ζ*

20. § Quid causae est (*v c*)] Qua causa Iuppiter non [iure] inflet contra eos buccas suas, quod est indignationis signum, idest irascatur et expuat in facies eorum et promittat se posthac preces eorum non admissurum? (*Γ′ f V c ζ*

23. § Pr⟨a⟩eterea (*v*)] Ne, quemadmodum qui iocularia narrat, ridens percurrit, et ego ridens percurram quod coepi, audi, qua ratione coepi (*Γ′ f V c ζ*

24. § Quamquam rid. (*v*)] Quamuis et ridentem licet uerum dicere, ut risus remedio duritiae sit, quae dicentem uera sequitur, ne aspere audiatur, quod uerum dicam (*Γ′ f V c ζ*

§ Sensus est: quamquam laetitia ad ueritatem discendam obesse non possit, sicut crustula infantes a litteris non inpediunt (*Γ′ f V c ζ*

25. *Olim (*c ζ*)] Nonnumquam, interdum (*Γ′ b f c ζ*

§ Crustula quando neutraliter dicimus, edulia significamus, ut apud Virgilium (*Aen.* VII 115):

Fatalis crusti;

1**= M. Fabius Gallus 4 aliquos — pertinentes] *hic om. c ζ* 12 cause *v* 13 iure *om. c ζ*, *post* inflet *pon. r* 14 expuat *c ζ*] exspuat *r f* expuet *γ v V* 18 audi — coepi] *om. γ, propter homoeoteleuton* 20 sit *c ζ*] *om. cett.* 23 est *v c*] *om. Γ ζ* (et est sensus *f*) 24 crustulis *c ζ* litteris *γ V c*] literis *r f* biteris *v* (alliciens *pro* a litteris *ζ*) 25 inpediunt *Γ V ut uid.*] impediuntur *v f c cons. ζ* 28 apud uirg:] uirg. *c ζ*

quando feminino 'haec crusta', fragmenta significat, ut apud eundem Virgilium (*georg.* III 360):

Concrescunt subitae currenti in flumine crustae

(*Γ′ f V c ζ*

*Crustula (*c*)] Placentas (*Γ′ b c ζ*

27. *Ludo (*c ζ*)] Rebus iocularibus (*Γ′ b c ζ*

*Seria (*c ζ*)] Necessaria (*Γ′ b f c ζ*

28. *Terram qui uertit aratro (*c*)] Qui rusticae uitae studet (*Γ′ b f c ζ*

30. *Hac mente (*c*)] Hoc consilio, hoc proposito (*Γ′ c ζ*

32. § Aiunt cum sibi s. (*ν*)] Ideo dicunt sese a prima aetate laborare, ut habeant in senectute (*Γ′ b f V c ζ*

*Cibaria (*c ζ*)] Viatica, alimenta (*Γ′ b f c ζ*

33. *Nam exemplo est (*c*)] Parenthesis (*Γ′ b f c ζ*

*Magni laboris (*ν*)] Magnum (magni *edit.*) antitheton: paruula magni laboris (*Γ′ c ζ cons. Porph.*

35. Haud ignara ac non incauta futuri (*γ V*)] Quia formica, quam tu ad exemplum trahis, in eo cautior est quam tu, quod per hiemem requiescit et utitur praeparatis: tu autem, ut nemo sit te ditior, nulla pericula pertimescis (*Γ′ f V*

*Virgilius (*georg.* I 186):

Metuensque inopi formica senectae (*Γ f*

36. *Inuersum annum (*ν*)] Mutatum, inclinatum in hiemem (*Γ′ b c ζ*

§ Magnum epitheton anni, ut (*Verg. Aen.* II 250):

Vertitur interea caelum,

quoniam in se semper annus reuertitur et uoluitur. Maximae autem pluuiae et frigora commouentur, cum sol in

1 haec crusta] *om. c ζ* fragmenta *ν c*] fracmenta *Γ f* frac̃m̃ta *V* fragmento *ζ* 12 ideo] *om. ζ et edit.* 27 'magnum' *cf. schol. a. p.* 157 29 in se] *om. c ζ*

Aquarium uenerit; hoc autem fit XVII. Kal. Febr. (*Γ′ f Vcζ cons. Porph.*

38. Ante qu⟨a⟩esitis (*ν*)] Idest quaesitis per aestatem patiens utitur atque contenta (*Γ′ V*

*Patiens (*ζ*)] Contenta (*Γ′ fcζ*

41. 42. *Quid iuuat (*νcζ*)] Idest cum omnia facias propter argentum, auare, quid te iuuat, cum hoc defoderis in terra? (*Γ′fc cons. ζ*

42. *'Timidum' ut in arte poetica (*u.* 170):

Quaerit et inuentis miser abstinet ac timet uti

(*Γ′ b f c ζ*

§ Quod si comminuas (*ν*)] Quasi antipophora est, ut dicat auarus: si coepero argento hoc uti, redit 'ad assem', hoc est 'ad exiguum' (*Γ′ f Vcζ*

45. *Triuerit (*ζ*)] Deest 'si' (*Γ′ fcζ*

47. § Vt si r. p. (*c*)] Quemadmodum inter seruos plurimos, qui portat panis reticulum, non plus accipit, quam is, qui nihil portat, ita et tuus uenter non plus accipiet quam meus, quamuis non multum possideam (*Γ′ f Vcζ cons. Porph.*

*'Reticulum' rete, quo in urbe panis inter uenales portari solet; 'uenales' seruos (*cζ cons. Γ′*

49. 50. § 'Intra naturae fines' uiuit is qui tantum est (= edit), quantum capit uenter hominis per naturam (*Γ′ f Vcζ*

§ Idest cum naturae fines non possis excedere magnitudine diuitiarum, quia omni modo est naturae legibus seruiendum, quid tibi prodest late possidere? (*Γ′ f Vcζ ex Porph.*

1 fit *r f ν V ζ*] *om. γ c* 3 idest] *om. ν* 6 idest] *om. ν f, defic. ζ* 10 quaerit (querit *c*) et inuentis *cζ*] *om. cett.* miser — uti] *om. f* ac *b c ζ*] et *Γ′* 12 antipophora *ν ζ*] antipofora *Γ f V* antiphora *c* ut — est] *om. ζ propter homoeoteleuton* 14 exiguum] nihilum *r* 21 inter uen: *cζ*] uenalis *Γ′* 22 uen: seru: *cζ*] inter seruos uen: *Γ om. ν* 23 uiuit is *K.*] uiuens *r* uiuitis *γ f ν V* u. *cζ*; *edit. perperam* qui *K.*] que *γ c* quae *f ν ζ* quantum *r* tantum] *om. r*

*Intra natur⟨a⟩e finis (*ν*)] Naturae fines sunt, ut satur sit homo, quod etiam exiguo censu contingere potest (*Γ′fcζ*

50. *Iugera c. (*ν*)] Numquid ideo, quia habes centum milia modios, plus potes comesse quam ego, qui habeo centum modios? (*Γ′fcζ*

51. *At suaue est (*cζ*)] Obiectio (*Γ′bfcζ*

52. *Dum ex paruo (*νc*)] Iterum interrogat: quasi contentio inter duos, dialogismos (*Γ′fcζ*

*Haurire (*cζ*)] Accipere, consumere (*Γ′fcζ*

*Relinquas (*cζ*)] Concedas (*Γ′fcζ*

53. §Cur tua plus (*cζ*)] Cumeram dicimus uas ingens uimineum, in quo frumenta conduntur, sicut ipse alibi (*epist.* I 7, 29. 30):

> Forte per angustam tenuis uulpecula rimam
> Repserat in cumeram frumenti;

siue cumerae dicuntur uasa fictilia similia doliis, ubi frumentum suum reponebant agricolae. Tertio cumerae dicuntur uasa minora, quae capiunt quinque siue sex modios, quae lingua Sabinorum trimodiae uocantur (*Γ′fVcζ*

54. §Vt tibi si sit opus (*c*)] Sensus hic est: ita stultus est, quisquis ex magnis diuitiis uult sumere, quod ad uitam possit sufficere, ut ille, cui cum certus modus aquae sit necessarius, malit eum de flumine quam de fonte haurire breuiore (*Γ′fVcζ sim. Porph.*

*Liquidi (*νcζ*)] Liquoris (*Γ′fcζ*

56. 57. §Eo fit (*νc*)] Idest et exinde fit, ut multi propter auaritiam periclitentur (*Γ′fVcζ*

9 dialogismos *codd.* (*cons. fζ*)] dialogistas *coni. K. conl. Vulc. Gallic. Auid. Cass.* 3, 5 12 cumeram] cumerum *ν* 13 conduntur] reconduntur *ν* 20 trimodiae *rfV* trimodie *νcζ* trimodia *γ* 21 hic] *om. fcζ* est *om. ζ* 22 quisquis *γcζ*] quisqui *rνV* 23 cui *ΓVcζ*] *om. νf* 27 et *γνV*] *om. rfcζ* 28 periclitentur] mori dentur (*sic*) *V*

57. *Copia (*νc*)] Vt poeta (*Verg. Aen.* II 564):

Respicio et, quae sit me circum copia, lustro

(*Γ′ f c ζ*

*Ordo: copia plenior iusto (*γνcζ*

*Plenior (*cζ*)] Maior (*Γ′fcζ*

*Iusto (*cζ*)] Moderato, sufficienti. Idest ultra usum; plus quam oportet (*Γ′cζ*

58. § Cum ripa s. a. (*ν*)] Cum securitate sua uel cum domicilio idest sede auferet eos periculum. Hic allegoricos docet paucis contentum neque sordidos quaestus sectari neque inplicari periculis (*Γ′f Vcζ*

*Auulsos (*cζ*)] Raptos [sublatos] (*Γ′fcζ*

*Aufidus acer (*ν*)] Apuliae fluuius cum impetu fluens, [sed] nunc pro periculo posuit (*Γ′bcζ*

59. *Quanto est opus (*c*)] Quantum sufficit (*Γ′fcζ*

*Limo (*νcζ*)] Pro eo quod est perturbata uita (*Γ′ f c ζ*

60. *Neque uitam a. in undis (*ν*)] Idest non cadit in periculum, nec nimia mole deprimitur raptus aquae impetu (*Γ′fcζ*

61. *Decepta c. (*ν*)] Falsa opinione, aut inepta et inani cupiditate (*Γ′bfcζ*

§ Cupidine f. (*c*)] Pro eo, quod est falsa cupiditate. Et notandum cupidinem genere masculino pro cupiditate noue omnino (*Γ′f Vcζ*

62. § Nil satis est inquit (*ν*)] Ita multi homines praua cupiditate possessi dicunt: appetenda est maxime pecunia, cui defertur praecipue (*Γ′f Vcζ*

2 respicio et] *om. f* lustro] *om. ν* 9 auferat *fc* aufferat *ζ* 11 inplicari *γ*] implicari *cett.*, *V add.*: 'idest non cadit in periculum' *uide lin. 18 sq.* 12 sublatos *om. cζ* 13 fluens] currens *b* 14 sed *cζ om. cett.* nunc] hunc *b* 16 pert:] conturbata *ζ* turbata *rf* 19 depr:] obruitur *cζ* 21 et *Γcζ*] aut *νf* 23 cupidine f.] fto c. *ζ* 27 appetendam esse maximam pecuniam *cζ* maxime] maxima *V*

§ Nil satis est inquit quia tanti quantum habeas sis (*V*)] Nescio qui tibi dicit, quod numquam satis diuitiae congerantur. Pro modo enim earum et personis [honor] defertur (*Γ′ f Vcζ sim. b*

§ Auarus ideo plus uult habere, quia cumulus diuitiarum grandem hominem congeminat (*Γ′ Vcζ*

63. § Quid facias i. (*c*)] Si talis est, ut ab hac persuasione remoueri non possit, permitte eum miserum esse. Quid enim ei facias, qui talis est? (*Γ′ Vcζ*

§ Miserum esse libenter (*ν*)] Libenter miser est is, qui pro uoto suo magno labore quaerit maximam pecuniam (*Γ′ Vcζ*

64. *Quatenus (*cζ*)] Quamdiu (*Γ′ fcζ*

§ Vt quidam m. A. (*νc*)] De Thimone ait Atheniensi, qui cum odium generi humano indixisset, ipse tamen pecunia sua laetatus est (*Γ′ f Vcζ*

66. § Populus me sibilat (*ν*)] Quia solebat populus ingressis theatrum bene meritis plaudere, malos exsibilare (*Γ′ f L Vcζ cons. Porph.*

§ Vel aliter: quando dabat munus, pauca donabat et a populo sibilum patiebatur (*Γ′ f L Vcζ*

67. *Contemplor (*cζ*)] Considero (*Γ′ fcζ*

68. § Fugientia c. f. (*ν*)] Auaros ait poena urgeri, quam Tantalo fabulae ascripserunt; sed commendandum est hoc pronuntiatione. Vult autem hoc dicere, quod similis est Tantalo, qui habet pecuniam et non utitur, quia, quemadmodum Tantalus non potest uti praesentibus, ita neque auarus (*cons. Porph.*); sed ille a Furiis, iste sua uoluntate prohibetur (*Γ′ f Vcζ*

1 nihil *V*, nil *γν* 4 honor *b et edit., sed cf. p.* 8, 28 5 ideo *cζ*] adeo *Γ′ V* 9 ei facias *rνV*] facias ei *γc* facias illi *ζ* 11 pecuniam maximam *V* 14 thimone *Γ′ V*] thymone *fcζ* 15 odium] odium pecuniæ *ζ* odium pecunie *c* pecunia sui *r* pecunia sua *cett.* 18 ingressus *γLVcζ* exsibilare *γfνc*] exibilare *rVζ* exhibilare *L* 23 urgeri *γfνVζ Porph.*] urgueri *r* urgere *c* 29 uoluptate *ν* uolumptate *ζ*

71. *Inhians (*νc cons. ζ*)] Timens, sollicitus. Quidam stupens gaudio accipiunt (*Γ' b c ζ*

§ Et tanquam parcere sacris (*c*)] Bene sacra in comparationem et picturam introduxit, unde nihil ad qu⟨a⟩estum adimi potest. Nam ex una parte religio prohibet, ex altera tantum ars sine fructu intuentium animos quoque inludit (*Γ' f V c ζ*

72. § Pictis tabellis (*ν*)] Eleganter tales ait auaris esse diuitias, ac si pictae sint tantum, quae per auaritiam tangi non possunt (*Γ' f V c ζ ex Porph.*

73. *Nescis quo ualeat (*ν*)] Increpat auarum: usum pecuniae ignoras? Enfasis est: ad quos factus est usus nummus, nescis? (*Γ' b f c ζ*

74. *Panis ematur (*ν*)] Definitio, quibus rebus necessarii sint nummi (*Γ'* (*r f ν*) *c ζ*

75. § Adde quis [quis] h. s. d. n. n. (*c*)] Idest adde etiam illa, quibus negatis dolet natura hominum. Dicit autem balneum usumque mulieris et alia huius modi, quibus aut frigus aut fames repellitur (*Γ' f V c ζ cons. Porph.*

*Doleat (*c ζ*)] Aegre ferat (*Γ' b f c ζ*

76. *An uigilare (*c*)] Quae patiuntur auari (*Γ' c ζ ex Porph.*

78. *Ne te compilent f. (*ν*)] Expolient (*Γ' f c*

§ Compilare dicuntur milites, qui occisis quibusdam insignia in bello tollunt (*Γ' f V c ζ*

*Hoc iuuat (*ν c ζ*)] Semper timere, semper esse sollicitum (*Γ' f c ζ*

*Horum (*ν*)] Quae tu bona iudicas (*Γ' f c ζ*

78. 79. *Horum semper e. o. p. e. b. (*c*)] Sic 'bonorum pauperrimus' ut (*Verg. Aen.* I 14. II 22):

Diues opum (*γ ν c ζ*

6 altera] altera parte *V* 7 inludit *γ ν V*] illudit *r f c ζ* 8 auaris *γ f Porph.*] auaros *V* auaro *r ν* auari *c ζ* 11 incr: — ignoras] *om. f*; incr: au: *et* enf: — nescis] *om. b* 12 enfasis] emphasis *c ζ* 23 expol: *Γ' f c ζ*] *om. ν*

§ Ego semper opto egentissimus esse neque habere haec bona, quae mihi adferant cruciatum (*Γ′ f Vc ζ sim. Porph.*

80. § Temptatum c. (*ν*)] Idest si temptatum corpus tuum frigore aut alio casu condoluerit, nemo te optabit conualescere (*Γ′ f Vc ζ*

82. § Fomenta p. (*ν*)] Fomenta dicta, quod aegritudinem foueant; inde et ‘fomites’ dicti, quod flammam foueant (*Γ′ f Vc ζ*

86. § Miraris cum tu a. p. o. p. (*c*)] Miraris te odio esse, cum tu omnia argento postponas; idest miraris, si nemo te amat, cum omnibus rebus praeponis argentum, hoc est cum post argentum ponis omnia (*Γ′ f Vc ζ cf. Porph.*

88. § An si cogn. n. l. (*ν*)] Sensus: an si cognatos, quos tibi gratuitos natura concessit, et amicos humanitate tua tibi deuinxeris, uideris tibi ita operam perdere, ut ille, qui asino uelut equo uult uti? De asino autem prouerbiale est (*cons. Porph.*). Aliter: an si uelis aliquo obsequio, aliqua sedulitate conciliare tibi affines tuos, perdis operam, sicuti is, qui uult docere asinum currere? Nam qui in cursum exercet asinum, perdit operam, quia exercendus est equus (*Γ′ f Vc ζ*

*Nullo natura l. q. t. d. (*c*)] Quia nullo nostro labore, nulla industria nobis nascuntur propinqui (*Γ′ f c ζ*

91. *Parentem (*ν c ζ*)] Famulantem, oboedientem (*Γ′ b c ζ*

92. § Sit finis qu⟨a⟩erendi (*ν*)] Sensus [est]: postremo cum aucta sit pecunia tua, minus iam debes paupertatem

2 haec (hec *ν*) bona habere *ν f* habere haec (hec *fc*) bona *cett.* adferant *V Porph.*] afferant *Γ′ f c ζ* 8 foueant *ζ*] foueat *V* fouent *Γ′ f c* 12 nemo te *Γ f c ζ*] te nemo *ν* nemo *V* 14 an] at *c* an] at *r c*, *defic. ζ* 15 gratuitos] gratuito *edit.* 16 tibi *Vc ζ*] *om. γ f*, *ante* hum: ponit *r* uideris tibi ita operam perdere] ita uideris operam perdere *c ζ* ita operam *γ f V*] operam ita *r* operam *ν* 17 ille *f Vc*] illi *r* illo *ζ*, *om. γ* 18 (an *hic omn. codd.*) 19 tuos] *om. ν* 21 cursu *c ζ* 25 famul: *om. b* oboed: *r*] *om. c ζ* obed: *cett.* 26 est *ν om. Γ f Vc ζ* 27 paupertatem *Γ c ζ*] paupertati *ν V* paupertari *f*

metuere et labor tuus finem debet accipere, cum adquisitum habeas, quantum optaueras (*Γ' f V c ζ*

94. § 'Auebas' enim aut quantum auidus fueras quaerere aut auide cupiebas; unde auidi auari dicti (*Γ' f V c ζ*

95. *Diues (*ν c ζ*)] Deest hic 'ita', ut sit: ita diues (*Γ' b f c ζ*

97. *Non umquam seruo m. u. (*ν*)] Potest et 'nonnumquam' legi, ut perraro melius seruo uestitus fuerit (*Γ' b f c ζ*

100. § Tyndaridarum (*ν c*)] [Graecarum.] Pro Tyndaridum. Significat autem Clytemestram aut Helenam. Nam Clytemestra Agamemnonem, Helena Deiphobum interfecit, at ambae Tyndarei filiae (*Γ' f V c ζ*

101. § Neuius tam parcus fuit, ut merito sordidus appellaretur. Econtra Cassius Nomentanus tam profusus fuit, ut sestertium septuagies libidini et gulae inpenderet. Huius cocum Damam nomine Sallustius Crispus centenis milibus annuis conductum habuit (*ex Porph.*).

102. 'Nomentanus' aut nomen proprium est aut gentile de Nomentana ciuitate, et significat quendam Cassium luxuriosum, qui inde fuit (*Γ' f V c ζ*

§ Pergis p. s. (*c*)] Idest quare pugnantia contra se loqueris? quod auarus et luxuriosus pugnantia sunt, et non magis conuertis te ad id, quod est commodum, idest medium? (*Γ' f V c ζ*

*Ordo est: frontibus aduersis pugnantia (*Γ' b c ζ*

1 debet] *om. V* 3 aut quantum *γ V*] ait quantum *r f c ζ* 4 auari dicti *γ ν V*] auari dicti sunt *f* dicti sunt auari *r* auari sunt dicti *c ζ* 5 ita ut — diues] *om. b* 10 graecarum *om. f V* pro tynd:] *om. c ζ* 11 clytemestram *c*] clet: *ζ* clit: *cett.* 12 demestra *V* clit: *cett.* agamemnonem *γ*] agamem *ν* agamennonem *r f V* agamenonem *c ζ* deiphobum *ν*] deiphoebum *Γ* deiphebum *f V ζ* deiphebus *c* 15 econtra *ν f V c*] et contra *Γ ζ* contra *Porph.* 16 inpenderet *Γ*] impenderet *ν f V c ζ* 17 sallustius *ν f*] salustius *Γ V c ζ* 18 annuis *K. ex Porph.*] annis *γ ν V c ζ* nummis *r f* aeris *edit.* 19 nomentanus] *om. V lemmatis instar ponit ν* aliter nomentanus *c ζ* 22 se *γ c ζ*] te *cett. codd.* 26 est *om. r c ζ*

103. *Componere (*vcζ*)] Comparare, quoniam, qui repugnant, frontes aduersas habent (*Γ′bfcζ*

104. § Cum ueto te fieri uappam a. a. n. (*c*)] Vappae dicuntur perditi ac luxuriosi; nebulones uero uani et leues ut nebula. Aliter: uappa dicitur stultus et insulsus, qui nihil sapit; dicitur etiam uinum uappa, quod perdidit saporem (*Γ′fVcζ*

105. § Tanais, libertus M⟨a⟩ecenatis nobilissimus, spado, socer autem Viselli hirneosus (*cf. Porph.*); ac si diceret: multum interest inter eunuchum et hirneosum, idest inter ramicosum et spadosum (*Γ′fVcζ*

106. *Est modus in rebus (*vc*)] Vt metron ariston (= *Pseudophocylid.* 36: *πάντων μέτρον ἄριστον*), hoc est (*Terent. Andr.* I 1, 34): ‘nequid nimis’; ideo ait: ‘est modus in rebus’ (*Γ′bfc om. ζ*

107. *Quos ultra citraque (*v*)] Idest ultra hos fines et infra rectum consistere non potest, sed in hisdem (*Γ′bfcζ*

108. § Illuc unde abii redeo (*Γ′Vc*)] Quia digressionem fecit inducta fabula Vmmidii, transit modo ad propositum suum, ad danda praecepta (*Γ′fVcζ*

§ Et est duplex sensus: aut quod omnes alienas conditiones laudant, suas uituperant, sed praecipue auarus, qui se miserum dicit et egentem; aut quod ceteri quidem homines aliena studia approbant, auarus uero in eo sibi, quod auarus est, placet (*Γ′Vcζ*

1 qui] quae *ζ edit.* que *c* 4 ac *γvfV*] et *rcζ* uani *γcζ*] auari *rvfV* 6 etiam] enim *fc om. ζ* 9 hirneosus *γ Porph.* hyrniosus *rfV* hyrneos *v* herniosus *cζ* 10 hirneosum *γ* hyrneosum *v* hirniosum *f* hyrniosum *V* herniosum *cζ* 12 ut — nimis] *om. f* metron — est] *om. c* metron (metro *γ*) ariston (aristen *b*) *Γ′b* 16 fines *Γ′bf*] modos idest fines *cζ* 17 sed in hisdem] *om. bf* hisdem] iisdem *cζ* 19 quia] qua *V* 20 ummidii *γv*] *om. r*, *lacuna in V* uubidii c umidii *f* ubi dii *ζ* 22 et est *rv*] *om. γVcζ* condiciones *V* 23 laudent *cζ* uituperent *cζ* 25 in eo sibi quod *vV*] in eo quod sibi quod *r* in eo quod sibi *γ*, *sed binis punctis additis supra uocibus* sibi *et* placet sibi *ante* placet *pon. cζ* 26 (placet, *non* placeat, *omn. codd., etiam cζ*)

108. 109. *Nemon (*sic etiam v*) ut a. se p. (*cζ*)] Quomodo nemo auarus se probet, nemo auarus sibi suffici⟨a⟩t, nec de se iudicet (*Γ′cζ*

109. *Probat [esse] se auarum, qui aliena cum gemitu miratur (*Γ′fcζ*

§ Laudet diuersa (*v*)] Ad sermonis sui sensum, quem inchoauerat, recurrit. Cum coeperit autem dicere nullum hominum statu rerum suarum gaudere et laudare diuersa, a quibus dissentiret, tamen auarum ait solum proposito suo gaudere (*ex Porph.*). Haec autem admiratio pronuntiantis non ad illud pertinet, quod auarus se non probet, sed quod nemo alius (*Γ′f Vcζ*

110. § Quodq; a. c. g. d. u. t. (*c*)] Quomodo tabescat auarus cum uideat pleniora ubera capellae uicini esse (*Γ′f Vcζ*

*Ouidius (*art. am.* I 349. 350):

> Fertilior seges est alienis semper in agris
> Vicinumque pecus grandius uber habet

(*Γ′cζ cons. Porph.*

111. Quia maior [est] numerus pauperum, moneo, ut nemo se existimet pauperem (*Γ′f V*

111. 112. § Neque se m. p. t. c. (*c*)] Ad illud redit, ut dicat, quomodo auarus non pati⟨a⟩tur se esse pauperem, sed studeat singulos superare diuitiis (*Γ′f Vcζ*

114. § Vt cum c. m. r. u. c. (*c*)] Totus iste uersus dianecos (= διανεκῶς = uno tenore) est (*Γ′ Vcζ*

§ Nam hoc interposito sequentem superiori sensui adiungit; qui sensus talis est: quemadmodum auriga instat cum equis his, qui uincunt equos suos. Quando autem

2 sufficit *Γ′cζ* sufficiat *edit.* 4 esse *v om. cett.* auarus *γcζ* 7 autem *Γ′f Vcζ Porph.*] ante *edit. sil.* 8 hominum *γvVcζ Porph.*] hominem *rf* 14 uideat] uiderit *cζ* 18 grandius *cζ Porph. Ouidius*] grauius *γ* gratius *rv* 20 est *Γ′*] *om. f V* 23 patitur *codd.* patiatur *edit.* 26 dianecos est *K. uid. stud. Vindobon.* 1901 *p.* 109] dianeco *aut* dianecō est *V* diane cō ē *r* diane c̄ ē *v* diafonem *γc* diafon *ζ*

instat? cum rapit ungula currus. Contempnit autem sequentem, idest posteriorem; ita auarus semper festinat uincere ditiorem (*Γ′ f Vcζ*

115. § 'Equis' septimus casus est (*Γ′ Vcζ*

§ Vincentibus (*νVc*)] Datiuus. Hoc est: his instat, qui praecedunt (*cons. Porph.*). Aliter: quibus instat suos uincentibus, idest nititur transire priores, contempnens eum quem transierat (*Γ′ f Vcζ*

117. § Inde fit (*νc*)] *Ὑπέρβατον*. Inde fit, ut raro reperire queamus (*cons. Porph.*), qui se uixisse beatum dicat; adeo auiditate pecuniae etiam circa diem mortis cupiditas ardet (*Γ′ Vcζ*

118. § Contentus tempore (*ν*)] Quia desiderio possidendi angitur, cum mors ei aduenerit (*Γ′ Vcζ*

*Quia, dum student pecuniis, aliquam requiem habere non possunt (*Γ′cζ*

120. *Iam satis est (*νcζ*)] Modum sibi statuit de auaris dicendi (*Γ′ fcζ*

§ Ne me Crispini (*ν*)] Philosophi cuiusdam loquacissimi, qui aretalogus dictus est (*Γ′ f Vcζ cons. Porph.*

§ Hic Crispinus poeta fuit, qui sectam Stoicam uersibus scripsit. Sufficit ergo, inquit, me de auaris dixisse, hoc est me Stoice locutum esse (*Γ′ f Vcζ*

*Nam Stoici de diuitiis maxime disserunt; ne me quidam putet de libris Crispini, quae dico, surripuisse (*Γ′ f cζ*

*Scrinia (*c*)] Capsae, in quibus libri continentur (*Γ′ f cζ*

3 diuitem *cζ* 4 equis *ν*] Suus (*leg.* suos) equis *V* suis equis *Γfcζ* 6 aliter] uel *cζ* 7 contempnens *Γ′ f* contempnis *V* contemnes *c* contennens *ζ* 9 yperbaton *γνVζ*, *Graecis litteris r* iperbaton *c*, *om. Porph.* 10 reperire *Γcζ*] repperire *ν Porph. cons. V* 15 *hoc schol. cζ post* cupiditas ardet *interpolant mutatis* student *in* studet *et* possunt *in* potest 19 trispini *ν*; *in V lemmatis loco sex litterarum spatium relictum est* 24 ne] idest (idē *ζ*) ne *cζ*

SERM. 2

1. 2. § AMBVBAIARVM collegia (*sic c*)] Ambubaiae dicuntur mulieres tibicines lingua Syrorum (*cf. Porph.*). Etenim eorum lingua tibia siue symphonia ambubaia dicitur (*Γ' b f V c ζ*

§ Balatrones autem luxuriosos ac perditos uocat a Seruilio Balatrone, cuius in secundo (*serm.* II 8, 21) meminit, ut ex huius nomine similis uitae homines balatrones sint appellati (*Γ' b f V c ζ*

§ Legitur et baratrones, qui bona sua lacerant, id-est in baratrum mittunt (*Γ' b f V c ζ*

1. *Pharmacopol⟨a⟩e (*v*)] Vnguentarii (*Γ' b f*

2. § 'Balatrones' a balatu ouium, quasi ciborum sectatores, quasi comestores, qui rem suam in uoram mittunt (*Γ' b V c ζ*

*Balatrones a balatu intortae uocis dicuntur, qui idem et blatterones dicti. Sunt autem proprie uaniloqui (*Γ' b f c ζ cons. Porph.*

3. § Cantoris Tigelli (*v*)] Mutato nomine per inuidiam cantorem pro musico obtrectatorie dicit. Fuit autem modulator optimus, in Sardinia natus. Is carmina Horatii negabat satis perite modulata, et idcirco carpitur ab illo (*Γ' b V c ζ*

Marcus Tigellius Hermogenes, musicae peritissimus et uocis eximiae, Gaio Caesari dictatori et post Cleopatrae acceptissimus, Augusto quoque Caesari amicissimus; erat autem largitor adeo, ut scenicis et circulatoribus multa donaret (*Γ' b f V ζ ex Porph. om. c*

2 ambubaiae *Γ b f*] ambubaie *V c* hambubaie *v* ambubaiane *ζ* 4 ambubaia *r f V b c ζ*] hambubaia *γ v*, *abscis. b* 10 baratrones *γ c*] balatrones *v b f V ζ* 11 baratrum] baratra *f* 12 ungentarii *γ b* 14 quasi comestores] *om. ζ* 16 balatrones] *om. ζ* intortae *edit.*] intorte *c ζ* incertae *Γ' b f* dicuntur] *om. c ζ* 17 blaterones *γ* latrones *f* balatrones *c ζ* 21 sardinia] sardia *c ζ* Sicilia *Pauly sil.*

*Ideo autem dixit cantoris, quia dicebatur in poematibus suis placere uoce, non carminum probitate (*Γ′ b c ζ*

4. § Quippe benignus erat (*ν*)] Pleonasmos; non enim uere benignus erat, sed prodigus; ex illorum autem persuasione dixit, quibus donabat et largus nimium uidebatur (*Γ′ b f V c ζ*

8. *Pr⟨a⟩eclaram rem (*ν*)] Amplum patrimonium (*Γ′ b f c ζ*

§ Ingrata (*ν c ζ*)] Sine gratia, quia omnia sine norma nocent; quia non est grata gula, si propter ipsam consumptum fuerit patrimonium, aut quia, quicquid ei praestiteris, gratiam tibi habere non potest (*Γ′ b V c ζ*

*Ingluuies autem dicitur uoracitas gulae (*Γ′ b c ζ*

9. *Omnia conductis (*ν*)] A feneratore acceptis; conducuntur enim quasi nummi, pro quibus merces soluitur (*cons. Porph.*); quamuis alii conductis 'congregatis' intellegant (*Γ′ b c ζ*

12. *Fusidius (*sic ν c ζ*)] Auarus quidam [fenerator] contrario uitio laborans (*Γ′ b c ζ*

§ Vappae famam timet ac nebulonis (*ζ*)] Vappa proprie dicitur, quod nec uinum est nec acetum.

Nebulo, quem egestas fecerit fraudulentum (*Γ′ b f V c ζ*

§ Timet (*c ζ*)] Nisi acriter exegerit usuras, timet ne uappa ac nebulo dicatur, idest uilis ac nugator [qui usuras exigit] (*Γ′ b f V c ζ cons. Porph.*

§ Nebulones dicuntur qui humili genere nascuntur; inde etiam comici seruos nebulones dicunt (*Γ′ b f V c ζ*

3 pleonasmos *codd.*] *melius dixisset ἀκυρολογία cum Cruquio* 4 uere] *om. c ζ* 10 nocent] uorent *edit.* no^c^ent *r* 13 autem] *om. r* 14 a f: acceptis] fenore sumptis *c f ζ Porph.* foen: *r* fen: *cett., b absc.* 18 foen: *r om. c ζ* 22 fraudol: *γ ζ* fraudul: *cett.* 23 nisi acriter *f c ζ*] timens nisi non (*om. V*) acriter *Γ′ V euan. b* timet ne *f*] *om. cett. etiam b* 24 uappa] uappa prodigi (*sic*) *V* (*ortum ex schol. p.* 18, 12) 27 inde] unde *γ c ζ*

14. *Execat (*ν*)] Quinis centesimis fenerat aut 'execat' de sorte deducit (*Γ′ b c ζ*

§ Grauiter l⟨a⟩edendo debitores accipit aut in charta notat (*Γ′ f V c ζ*

16. 17. § Sumpta ueste (*ν*)] Sumpta uirili toga. Tyrones autem uocauit adulescentes deposita praetexta. Sensus autem: dicit eum tam praecipitem auaritia, ut non dubitet filiis familias cum periculo exigendi pecunias credere, dummodo usuras grauiores inponat (*Γ′ b V c ζ ex Porph.*

§ Quoniam non licebat tyronibus, idest adulescentulis fenerari, ne prodigi essent, promittentes multas usuras propter accipiendam pecuniam (*Γ′ b f V c ζ*

17. § Id agit, ut debitores adulescentes habeat. His dat pecunias mutuas, qui sunt adulescentes et uiuunt sub duris patribus; hi enim etiam cum maximis usuris pecunias libenter accipiunt, qui etiam plus iusto illi possunt dare centesimas (*Γ′ b f V c ζ*

17. 18. § Simul atque (*ν*)] Quis non miretur, cum audierit, quod quinque centesimas exigit, et exclamet: ⟨o maxime Iuppiter!⟩ (*Γ′ b V c ζ*

§ At in se (*ν*)] Sed fortasse dicit aliquis, quod pro quaestu suo erogat in uictum, et, qui multum adquirit, fortasse habet opulentiam conditiuam. Ad hoc ita respondeam: non potes credere tu, qui audis, quomodo is

2 sorte] corte *Γ* carca (*fort. uoluit* carta?) *ν* corueo *uel* torueo *b* torte (detorte) *c* torre *ζ* sorte *edit.*; *cf. gloss. r*: capiti] sorti 6 (tyrones *b*) adulesc: *ν b f V c*] adol: *Γ ζ* 7 dixit *V* dicit *cett. Porph.* 9 inponat *γ b V Porph.*] imp: *r ν c, defic. ζ* 11 Sub duris autem quoniam *c ζ* tyronibus *b ν*] tir: *cett.* 14 Idest id (*om. V*) agit *V c, defic. ζ* 20 exclamet *γ et edit.*] exclamat *f* clamet *r ν V c ζ* 22 pro *f Porph. et Horatius*] *om. Γ′ V c ζ, abscis. b* 23 quaestu suo e:] questus suos e: *c* quęstuose rogat *ζ* erogat *Γ b V cons. ζ*] errogat *c* eroget *f* erigat *edit.* 24 opulentiam conditiuam *K.*] opulentiam condiuium *ν* opulentiam condiuum *γ V c ζ* opulentium *f* opulentiam| *b* opulentius conuiuium *r* opulentiam uiuendi *edit. uet., item sil. Pauly et Hauthal*

fraudat [in]genium suum, idest quomodo se necat (*Γ′ b f V c ζ cons. Porph.*

20. § Ita ut pater ille (*ν*)] Ita sibi est inimicus auarus, ut non peius sese afflixisse uideretur Menedemus (*Ter. heaut.* 75 *sqq.*) (*Γ′ b f V c ζ cf. Porph.*

22. § Atque hic (*ν V*)] Atque pro quam, ut sit pronomen hic, hoc est auarus. Alii sic exponunt: 'hic' aduerbium, ut sit 'in hoc loco' (*Γ′ b V c ζ*

25. § Malchinus (*ν ζ*)] Conposuit nomen, quasi Malachos, Malchinus. Maecenatem tangit (*Γ′ b f V c ζ cons. Porph.*

§ Varicosus enim fuit [quidam] delicatior et solutus (*Γ′ b f V c ζ*

26. *Est qui i. a. o. s. u. f. (*c*)] Est qui sibi facetus esse uideatur, si altiore ueste utatur (*Γ′ f c ζ*

27. *Pastillos (*c*)] Hoc uult dicere, quod neque pastillos debet olere homo, neque hircum (*Γ′ b f c ζ*

*Pastillos (*ν*)] Diapasmata, unguentum (*Γ′*

28. *Sunt qui n. t. (*c*)] Proprie dixit tetigisse, unde et intactae uirgines dicuntur, ut poeta (*Verg. Aen.* I 345):

Cui pater intactam dederat (*Γ′ b c ζ*

28. 29. *Quia matronae stola utuntur demissa usque ad imos pedes, cuius imam partem ambit instita subsuta (*ex Porph.*). Instita autem dicitur τὸ περιπόδιον, quod togae subsuebatur, quo (*edit.* qua) matronae utebantur (*Γ′ b f c ζ*

29. § Subsutam uestem praetextam dixit (*Γ′ f V c ζ*

1 genium *edit.*] ingenium *codd.* 4 se afflixisse uideatur *Pauly et Hauthal sil. opp. codd.* 5 'heautontimorumenos' *legimus in schol. F* 9 malathos *b c* malatos *ζ* conposuit *ν*] comp: *cett.* 11 quidam] *om. c ζ exhib. cett.*; *si retinere mauis uocem* 'quidam', *scholion in codd. continuum in duas aut tres partes diuidendum est* 24 τὸ περιπόδιον] τὸ περιπέδιλον *edit., in c ζ spatium relictum; gloss. ν z interpretantur:* 'limbus', *gloss. γ*: πέζζα 25 quod — utebantur *om. f defic. b*

§ Instita autem est tenuissima fasciola, quae praetextae adicitur (*Γ′b Vcζ*

§ Allegoricos autem dixit: alius non uult nisi matronas petitum ire (*Γ′bf Vcζ*

31. 32. Quidam notus homo (*ν*)] Cato, cum uidisset ex lupanari adulescentem exeuntem, laudauit eum et ait (*memorab. dicta ed. Jordan fr.* 75, *p.* 110):

Macte noua uirtute, puer (*Γ′f V sim. Porph.*

§ Catone transeunte quidam exiit de fornice; quem, cum fugeret, reuocauit et laudauit. Postea cum frequentius eum exeuntem de eodem lupanari uidisset, dixisse fertur: adulescens, ego te laudaui, tamquam huc interuenires, non tamquam hic habitares (*Γ′bf Vcζ*

32. *⟨Catonis⟩] Catonem illum Censorium dicit (*Γ′bfcζ*

35. § Permolere (*γν Vcζ*)] Subigitare, ut habemus in Terentio (*heaut.* III 3, 6) de ipso actu turpi [dicit] (*Γ′bf Vcζ*

36. § Si⟨c⟩ me mirator c. C. a. (*c*)] Cupiennius quidam amator matronarum ait: hoc modo me laudari nolo (*Γ′bf Vcζ*

§ Hic familiaritate Augusti clarus fuit, corporis sui diligens et sectator matronarum (*Γ′b Vcζ ex Porph.*

§ 'Albi' autem matronalis (*Γb Vcζ cons. Porph. om. ν*

37. § Audire est (*νc*)] Fructus est his, qui oderunt moechos, audire, quantis incommoditatibus affligantur (*Γ′bf Vcζ*

1 fasciola *rcζ*] fasceola *γV* fascecula *ν*, *absc. b* 3 alius *Γ′f V*] alias *cζ*, *b absc.* 9 aliter catone *ν* 11 lupanari *Γcζ*] lupanario *νbf V*, *non supra* 12 huc *rνbfcζ*] hic *γ* nunc *V* interuenires *Γ′bf V*] interdum uenires *cζ*, *sed habemus apud Plin.* interueniente candida gemma = interdum inuenta 14 censorinum *fcζ* 17 dicit *γbνVζ* dicens *r om. fc* 24 albi *rb*] alibi *γ Vcζ Pauly opp. Porph.* 26 affligantur *bcζ*] affliguntur *Γ′f V*

§ Aliter: operae pretium est audire, quod etiam uoluptas, quam capiunt moechi, non est plena; inminuitur autem multis incommoditatibus (*Γ′ b V c ζ*

38. § Qui m⟨o⟩echis (*ν*)] Vrbane abutitur Ennianis uersibus; ille enim ait (*Enn. ann.* 454 *V.*):

> Audire est operae pretium procedere recte,
> Qui rem Romanam Latiumque augescere uultis.

Sed illud urbanius, quia cum Ennius 'uultis' dixerit, hic 'non uultis' intulerit (*Γ′ b f V c ζ ex Porph.*

40. *Cadat (*c ζ*)] Pertingat, eueniat (*Γ′ b c ζ*

*Pericla (*ν*)] Quae imminent illis, quia inter maxima pericula raro prouenit uoluptas (*Γ′ b f c ζ*

41. § Ille flagellis (*ν*)] Hoc de Sallustio uidetur dicere; Sallustius enim Crispus in Faustae, Sullae filiae, adulterio deprehensus ab Annio Milone flagellis caesus esse dicitur (*ex Porph.*); quem T. (*leg.* Q.) Asconius Pedianus in uita eius significat (*Γ′ b f V c ζ*

§ 'Ad mortem' autem 'prope mortem' (*Γ′* (*γ b f ν*) *V c ζ*

43. *Dedit hic pro corpore n. (*ν*)] Non ne stupraretur, sed melius (*cum Porph.*) ne castraretur. Pro corpore autem: pro obscena parte corporis (*Γ′ f c ζ*

44. § Calones sunt ministri militum, liberi homines; lixae uero serui eorundem (*Γ′ b V c ζ*

45. *Testes (*c ζ*)] Testiculos (*f ν c ζ*

Salaces dicuntur libidinosi (*item c ζ*), quia libido dicitur salsa esse. Hic et haec et hoc salax (*Γ′ b f V*

*Salacem: libidinosum; dicitur enim membrum illud, in quo libido est, esse salsum. Alii a saliendo dicunt (*Γ′ b c ζ*

1 aliter] uel etiam *c ζ* 2 capiunt *γ b*] cupiunt *r ν V c ζ* inminuitur *V ζ*] imm: *cett.* 10 pert:] *om. b* 12 prouenit] euenit *c ζ* 13 sallustio *ν*] salustio *Γ b f V c ζ* 14 sall: *ν*] salustius *cett.* sullae *r ν*] sulle *V* sillae *γ b f* sylle *c ζ* 16 tasconius *Γ′ V* tasiconius *c* crasiconius *ζ om. f abscis. b* Asconius *edit.* 19 non *c ζ*] *om. cett.* 25 dicitur salsa esse *Γ*] dicitur esse salsa *f* falsa est *V* salsa esse dicitur *ν* di! *b*

46. *Demeteret (*νcζ*] Multis etiam uirilia amputata sunt (*Γ′*(*rbν*)*cζ*

*Iure omnes (*cζ*)] Subaudi factum esse dicebant (*Γ′ bcζ ex Porph.*

§ Galba iuris peritus et ipse matronarum sectator, qui dicebat non iure factum, ut testes amputarentur, quia primo adulterii poena pecuniaria erat (*Γ′ b Vcζ*

47. § Tutior a. q. m. est i. c. s. (*c*)] Quanto melius est et tutius uti libertinis comparatione adulterii (*Γ′ b Vcζ*

§ Sed, dicit, tanto ardore fertur Sallustius in libertinas, quanto ardore fertur moechus in matronas (*Γ′ bf Vcζ*

48. Deest ‘tamen’ ut sit: ‘in quas tamen Sallustius’ (*Γ b V*

49. § Num minus insanit (*ν*)] Ipsi enim Sallustio in senatu a censoribus hoc obiectum est. Tum ille se non esse matronarum, sed libertinarum sectatorem esse testatus est, et ideo senatu pulsus est, quod excusat idem in Catilinae libello. Sensus autem hic est: dico tutius esse, ut libertinae appetantur, sed et in ipsis siquis propensior fuerit, infamatur, ut Sallustius Crispus (*Γ′ b Vcζ*

§ Vt hic (*ν*)] Idest Sallustius si uellet ea ratione, qua modesto uti licet, largus atque benignus esse, daret, quantum satis esset et quantum ipsa res flagitasset (*Γ′ b f Vcζ*

50. § Qua res (*ν*)] In antiquioribus ‘qua res’ inuenio, ut sit sensus: ‘in quantum res’. Deest ‘tenus’, ac si diceret ‘eatenus’; ex sequentibus enim hoc intellegimus ‘qua res, qua ratio’: quatenus res, quatenus

3 subaudi] sb *cζ* s. *b om. Γ′* 9 adulterii comparatione *ν* comp: ad: *cett.* 10 sall: *ν*] salustius *ΓfVcζ*, *absc. b* 12 sallustius *rb*] salustius *γV* 14 sall: *rbν*] salustio *γVcζ* 16 matr: sed libert: *γcζ*] libert: sed matr: *cett.* 18 libello *γνb*] bello *rVcζ* 19 siqui *uel* si qui *νV* siquis *uel* si quis *cett.* 20 salustius *γVcζ* sall: *cett.* 21 idest] *om. νζ* salustius *γc om. ζ* 25 *hoc schol. ante antecedens ponunt et cum eo iungunt cζ* 28 quatenus res quatenus ratio *bfνV*] *Γcζ mendose*

ratio; ut 'hic si' ad 'uellet' iungamus, ut sit: 'si hic uellet bonus uideri' (*ΓbfVcζ*

55. *Vt quondam M. (*c cons. ζ*)] Ordo: ut quondam, inquit, Marseus (*Γ′bcζ*

*Hic Marseus amauit mimam quandam Originem [nomine, in quam patrimonium suum expendit] (*Γ′cζ*

58. § Vnde (*νcζ*)] Ex quo amore maiorem pateris infamiam quam profusionem; nam uti meretricibus conceditur, non amare (*Γ′Vcζ*

59. § Fama malum g. q. r. t. (*c*)] Vnde fama malum trahit, quod grauius est, quam dampnum rei familiaris (*Γ′bfVcζ*

59. 60. § An tibi habunde p. s. (*ν*)] Zeuma 'uitare', idest non tibi sufficit uitare personam, nisi illud uitaueris, quod ubique obest; non enim tantummodo obest tibi, si amas matronam, sed etiam, si amas meretricem (*Γ′bfVcζ*

61. § Bonam deperdere famam (*cζ*)] Hoc ex persona sua dicit Horatius intellegi uolens ex nimio mimarum aut meretricum amore uexari quidem censum, sed multo grauiora damna famae accedere (*Γ′Vcζ ex Porph.*

62. *Oblimare (*νcζ*)] Deterere, consumere, tractum a 'lima', qua fabri utuntur (*cf. Porph.*), aut certe a limo, ut sit obducere, ut dicimus quaedam limo obducta deperisse (*Γ′bfcζ*

62. 63. § Quid inter est (*ν*)] Negat interesse quicquam, utrum quis in matrona an in ancilla an etiam in adultera delinquat, secutus opinionem Stoicorum, qui omnia peccata paria esse dicunt; neque enim rei admissae quan-

6 nomine *cζ*] *om. Γ′* in quam — expendit] *om. Γ′*, *sed in ν legitur*: Marseus] Adulter qui in meretricem originem patrimonium suum expendit 8 profusionem] profusionem uel dampnum familiaris rei *V* 11 dampnum] *om. cζ* 13 uitare] ab inferiori euitare *cζ* 17 ex persona sua *γcζ Porph.*] ex sua persona *rνV* 20 damna *rc*] danna *ζ* dampna *cett.* famae *ζ Porph.*] fame *cν* fama *cett.* 25 int: qu: *Γ′Vc Porph.*] quicquam interesse *bf* interesse quanquam *ζ*

titatem, sed admittentis uoluntatem spectant (*Γ′ b f V c ζ ex Porph.*

§ Peccesue togata (*cζ*)] Matronae, quae ob adulterium [a maritis] repudiabantur, togam acccipiebant sublata stola propter ignominiam (*Γ′ b f V c ζ*

§ Toga autem meretrici apta. Ita enim solebant prostare cum solis pullis togis, ut discernerentur a matronis; et ideo quae adulterii damnatae fuerant, hac ueste utebantur. Aliter: togatae dicebantur in publicum procedere feminae adulterii admissi ⟨conuictae⟩. Alii togatam dicunt libertinam, quia antea libertinae toga utebantur, stola uero matronae (*Γ′ b V c ζ*

64—66. § Villius in Fausta (*c*)] Nomina semper incerta pro certis. Nam Fausta Syllae filia Tito Annio Miloni nupta fuit, ut superius exposui. Alibi (*carm.* II 12, 13):

Me dulcis dominae musa Lycimniae

pro 'Terentiae' et (*serm.* I 2, 25):

Malchinus tunicis demissis ambulat

pro M⟨a⟩ecenas. Et hic 'Villius in Fausta': Annius in Fausta (*sim. Porph.*). Eodem numero syllabarum commutationem nominum facit (*Γ′ b f V c ζ*

§ Hoc miser uno nomine deceptus est, quod filia Syllae esset hominis potentis et clari, sperans talis uiri

4 a maritis *Γ′ b f om. V, ante* ob ad: *pon. c ζ* 6 apta *v c ζ*] aptum *Γ b V* 7 solis] *om. v* stollis *c* stolis *γ V* discernerent *γ V* discerent *ζ* 8 damnatae *b ζ*] damnate *γ c* dampnate *v V* dampnatae *r* 10 admissi (admisi *ζ*) *Γ′ b V c ζ* admissi causa *edit.* conuictae *addidit K. ex Porph., uid. stud. Vindob.* 1901 *p.* 109 *sq.* 14 syllae *f V ζ*] sylle *v c* sillae *Γ*, *abscis. b* anio *v b* 17 lycimniae *b* lycimnie *v V* licimniae *f* licynnię *γ* licinniae *r* licinnie *c* licinię *ζ* 19 malchinus *Γ′ f ζ*] malthinus *b c* inalchinus *V* 20 anius *r v b f V, recte γ c ζ* 21 syll: *v b V c ζ*] sill: *Γ f* 23 filia] filiam *b* 24 syllae *r b f*] sylle *v ζ* sillae *γ* sille *V, defic. c* esset] appetisset *b* esse *ζ defic. c*

filiam castam fore [uicturam] nec umquam peccare posse (*Γ′ b f V c ζ*

§ Villius in F. (*ν*)] Fausta dicebatur filia Syllae. Hanc cum Villius impetrasset uxorem, forte Longarenus adulter domi eiusdem puellae erat; ita Villius conlisus est plagis; nihilo minus eam postea tenuit apud se propter nobilitatem (*Γ′ b V c ζ*

[Villius in Fausta ⟨infaustus⟩ ideo dictus erat, quia uxorem [infaustus] filia⟨m⟩ Sill⟨a⟩e duxit, in cuius domus (*leg.* domo) Longarenus clausus eum uenientem pene ad mortem uerberauit (*V*, *cett. om. itemque edit.*]

§ Syll⟨a⟩e gener (*ν c*)] Non uere gener, sed quia filiam Syllae stuprauit ita frequenter, ut ipse gener esse uideretur. Nam Longarenum habuit maritum (*Γ′ b f V c ζ*

Hoc miser u. (*ν*)] Quoniam nobilis filiam affectauit uxorem, uel hac re, quod dicebatur matronas appetere (*Γ′ V*

65. Deceptus (*ν V*)] Decipitur amator nobilitate dilectae, qui putat se hoc minus peccare, quod nobilem stupret (*Γ′ V*

67. § Exclusus fore (*ν*)] A familia scilicet Longareni moechi. Et notandum fore numero singulari: Terentius in adelphis (II 3, 11):

Quidnam concrepuit fores (*leg.* foris)?

Item Cicero pro Cornelio (I *fragm.* 49 *Kayser*): 'Aperui forem scalarum', sed ex uerbis accusatoris ridentur, ut in Flacciana (*schol. Bobiens. p.* 230 *Or., pro Flacco* 2, 5) 'strangulauit' posuit (*Γ′ f V c ζ*

1 fore *f*] fore (forte *ζ*) uicturam *γ c ζ* fore uiuere *ν V cons. b* 3 syllę *b V*] sylle *ν c* sillae *Γ* sille *ζ* 12 quia — uid:] quia tam frequenter filiam eius st:, ut gener esse uideretur *b cons. f* 13 sylle *ν V c ζ* sillae *Γ* 14 nam — mar: *del. Pauly* habuit longarenum *b* 20 scilicet] *om. f, post* longareni *pon. c ζ* 21 fore *c ζ*] fores *γ* forem *cett.* 22 adelphis *r c ζ* ad helphis *f* adelfis *γ ν V* 24 aperui] aperuit *c ζ edit.* 25 'sed — posuit' *olim scholii ad uoces* Syllae gener *pertinentis pars uidetur fuisse* 27 posuit] *om. γ*

69. § Diceret ħ (huic *cζ*) animus (*ν*)] Idest Vill⟨i⟩o si animus loqueretur ex uerbis muttonis. Mutto autem dicitur membrum uirile, sicut Lucilius libro octauo (*fragm.* VIII 5 *M.*):

Laeua lacrimas muttoni absterget amica

(*Γ′ b V c ζ ex Porph.*

70. *Magno prognatum d. c. c. (*cζ*)] De stirpe magni consulis oriundum (*ν c ζ*

70. 71. § Velatumque st. (*ν*)] Proprie toga muliebris stola dicitur, et notandum in hoc uersu, quod toga et stola communem syllabam fecerint (*Γ′ b V c ζ*

73. § At quanto m. (*ν*)] Idest quanto meliora monet tuis sensibus natura, quae habundat necessariis, his scilicet, quae usus exigit (*Γ′ b f V c ζ*

§ Habundat autem, si tu sis bonus dispensator, idest si tu his recte usus fueris (*Γ′ b V c cons. ζ*

74. § Diues opis (*ν*)] Idest quae natura propriis opibus habundat, quoniam, quantum est in ipsa, non denegat uoluptatem simpliciter quaesitam (*Γ′ V c ζ ex Porph.*

*Modo (*cζ*)] Tantummodo (*Γ′ f c ζ*

75. *Dispensare (*ν*)] Cum ratione erogare, uiuere (*Γ′ b c ζ*

76. § Ne labores (*ν*)] Tu putas nihil interesse, utrum tuo uitio labores, an naturae? (*Γ′ b f V c ζ*

1 tulio *ζ* uillo *cett.* 2 mutonis *γ V c ζ* muto *γ c ζ* 3 libro octauo] libro VIIII *ζ* in septima *Porph.* 5 leso iam *c ζ* leua *uel* laeua *cett. Porph. om. b* mutoni *c ζ* muttoni *cett. Porph.* absterget *γ ν V Porph.*] abstergat *r* |rgat *b* exterget *c* extergit *ζ* 9 muliebris *r b V*] mulieris *γ ν c ζ* 11 syll: *ν b V c ζ*] sill: *Γ* fecerint *γ ν V ζ*] faciunt *b* faciant *r* fecerunt *c* 12 monet tuis sensibus *Γ′ b V* monet natura tuis s: *c ζ* monet tuis s: natura *f* 13 habund& *ν* abundat *c ζ* habundat *cett.* 15 abundat *c defic. ζ* 16 tu his *r c*] tuis *γ b ν V defic. ζ* 18 abundat *c ζ* 19 quaesitam *etiam Porph.*] adquisitam *c* acquisitam *ζ*

§ Vitio nostro laboramus, si dolemus, cum desit fasianus; rerum natura laboramus, si dolemus, cum desit panis. Alii (= *Porph.*) dicunt: uitio nostro laboramus matronam concupiscentes; rerum uitio, si usus feminae non adest (*Γ′bVcζ*

78. 79. § Vnde (*νV*)] Idest a quo, ut (*Verg. Aen.* I 6):

Genus unde Latinum.

Non est autem loci, sed personae (*Γ′bVcζ*

79. *Quam ex re decerpere (*cζ*)] Plus mali accipit, qui amat nobilem, si fuerit deprehensus, quam fructus, si impetrauerit (*Γbfcζ*

80—82. Ostendit non diuitiis fieri pulchritudinem, sed natura (*Γ′bfV*

§ Nec magis huic (*γbcζ cons. V*)] Idest nobili; et sermonem suum conuertit ad puerum Cerinthum pulcherrimum hoc tempore. Idest nec magis erit tuum femur, o Cerinthe, tenerum aut crus rectum, si inter niueos uiridesque lapillos iacueris (*Γ′bfVcζ*

§ Hic autem docet natura non ornatu pulchras esse mulieres (*Γ′bVcζ*

§ Hic autem Cerinthus dicitur illis temporibus fuisse prostibulum pulcherrimum. Prostibulum autem dicitur scortum. Fuit autem hic puer insignis specie atque candore (*Γ′bVcζ ex Porph.*

*Ordo est: nec magis tenerum est femur aut ⟨crus⟩ rectius huic matronae inter niueos uiridesque lapillos, scilicet quam libertinarum (*ν cons. cζ, non Γb*

80. *⟨Viridesque lapillos⟩] Smaragdos (*Γ(rb)*

*⟨Niueos⟩] Margaritas (*rcζ*

1 nostro uitio (uicio *c*) *cζ*   si dol: — nostro laboramus] *om. ζ propter homoeoteleuton*   2 (fas: *hic omn.; item scripsit Geta, uid. Spartian. uit. Getae* 5, 8   6 a quo *codd.*] a quibus *edit. sil.*   9 set *γ*   13 pulcrit: *bV*   17 t: f: *Γ′bfcζ*] tuum femur tuum *V*   20 pulcras *γV*   23 autem] *hic om. c, cons. ζ*   24 specie *etiam Porph.*] facie *cζ*

83. § Adde huc (*νcζ*)] Adde ad commoda eorum, qui simplici contenti sunt femina ⟨quod⟩ et nullo lenocinio formentur (*Γ′ Vcζ cons. Porph.*

§ Sine fucis (*νcζ*)] Fucus genus herbae marinae est, unde lana inficitur. Et in carminibus Horatius (III 5, 27. 28):

Neque amissos colores
Lana refert medicata fuco,

et Virgilius (*georg.* II 465):

Alba nec Assyrio fucatur lana ueneno.

Inde etiam corruptae merces fucatae uocantur, et pro dolis et fraudibus Terentius in eunucho (III, 5, 41):

Fucum factum mulieri (*Γ′ b Vcζ*

84. § Honesti est (*ν V*)] Idest pulchri, ut poeta (*Verg. georg.* II 392):

Et quocumque deus circum caput egit honestum

(*Γ′ Vcζ*

86. § Regibus h. m. (*ν*)] Reges, quando emunt equos, operiunt eos, ne inducti pulchritudine aut clunium aut faciei emant equum pedibus mollioribus. Hoc ergo dixit: unumquemque debere id facere circa contemplationem mulieris, ut magis utilitatem quam speciem formae eius aut natalium sectetur (*Γ′ b f Vcζ ex Porph.*

90. 91. § Ne corporis optima L. c. o. (*cons. cζ*)] Lynceus quidam tantam uim acumine dicitur habuisse oculorum, ut trans parietem uideret et, dum staret in

1 adde *γ*] *om. cett.* 2 quod *ex Porph. prompsit K.* et] nec *c* non *ζ* 3 formentur *γ ν V*] formantur *cζ* foedantur *r* 4 est herbe marine *Vc cons. ζ* 8 refert *r Vcζ*] referat *γ ν b* 14 pulcri *V* 16 ut] unde *r* 19 pulcritudine *b V* 22 eius *Γ′ Porph.*] illius *f om. b Vcζ* 25 (lynceus *ν*) acumine] *om. bc* in cacumine *ζ* 26 oculorum] *om. f*

Sicilia, uideret classes de Africa exeuntes. Sensus: noli, inquit, nimium acute eligendo, quae bona sunt, in ea, quae contraria sunt, caecus esse; hoc est: sic debes in utramque partem iudicium habere (*Γ′bfVcζ*

91. *Hypsea (*cζ*)] Quaedam matrona fuit eo tempore oculis uitiosis (*Γ′bfcζ*

92. § O crus o b. (*c cons. ζ*)] Nescio cuius laudas crus et brachia, sed habet uitia inter nates, et potes eam contempnere. Pygas autem Graece dixit (*Γ′ b Vcζ*

92. 93. § Verum depygis (*v*)] Sine natibus; pyga enim pars corporis posterior; uel certe magnis natibus, ut 'de' hic 'ualde' intellegatur (*Γ′bfVcζ*

§ Breui latere (*v*)] Deforme est in feminis furcam latere habere maiorem (*Γ′b Vcζ*

94. § Matronae p. (*sic c*, preter *ζ*) f. n. c. p. (*ζ*)] Praeter faciem [matronae], inquit, nihil cernere matronae possis; reliquae enim corporis partes ueste celantur, nisi forte Catiae similis est, quae ob pulchritudinem crurum neglecto pudore alta ueste utebatur. Haec autem adeo uilis fuit, ut in ⟨a⟩ede Veneris theatri Pompeiani adulterium committeret (*Γ′bfVcζ ex Porph.*

95. Catia inpudica mulier, quae uestem usque ad talos dimittebat, tegens pedes quos habuit foedos (*Γ′bV om. cζ*

97. *Insanum] Pronum amatorem; semper enim ibi plus incendimur, quo difficilius peruenimus (*Γ′bfcζ*

2 legendo *cζ* 3 sic *ΓVc*] si| *b* si *ζ* se *v om. f* 5 quaedam] *hic om. cζ* eo tempore] quaedam (quedam *c*) *cζ* 9 contempnere *Γ′bVc*] contennere *ζ* pygas *rvb*] pigas *γVcζ* Graeci dicunt *Pauly* nates *add. ed., sed cf. p.* 47, 26 10 idest (idē *ζ*) sine *cζ* pyga *rv*] piga *γbcζ* puga *fV* 16 faciem matronae (matrone) *Γ′bfV* faciem *cζ Porph.* matronae] *hic om. f, non cett.* 18 pulcrit: *γV* 19 alta *etiam Porph.*] elata *ζ* ellata *c* 20 theatri pompeiani *Γ′cζ Porph.*] theatri pompeiam *V* theatriue pompeiani *b*, *om. f.*, *del. Hauthal* 25 amatorem] ad libidinem *cζ* enim ibi] ubi *b* enim *v* ibi *r*

98. § Ciniflones (*c*)] Ciniflones et cinerarii eadem significatione apud ueteres habebantur ab officio calamistrorum, idest ueruum in cinere calefaciendorum, quibus matronae capillos crispabant. Cuius rei et Virgilius meminit dicens (*Aen.* XII 100):

Vibratos calido ferro (*Γ' b V c ζ ex Porph.*

§ Dicti autem ciniflones ab eo, quod in cinerem flant ad calefaciendum ferrum, quos cinerarios appellabant (*Γ' b V c ζ*

⟨Ciniflones⟩] Cinerarii uulgo, qui calefaciebant ferrum, quo mulieres capillos crispabant (*Γ' b f V*

99. *⟨Palla⟩] Pro peripodio posuit, quod dicunt tunicopallium (*Γ' b*

100. ⟨Rem⟩] Corpus mulieris (*Γ b V*

101. Cois tibi (*ν*)] Coae uestes dicebantur admodum subtiles. Cois uestis est, quae conficitur in insula Coo, perlucida. Alii 'Cois': coccinis (*Γ' b f V*

§ Altera, inquit, quae prostat, perlucida ueste utitur, ita ut nuda conspici possit (*Γ' b f V c ζ ex Porph.*

§ Haec autem uestis in Koo (*leg.* Κῷ *cum Porph.*) insula conficitur, per cuius nimiam subtilitatem, quaeque sunt interiora, translucent (*Γ' V c ζ ex Porph.*

104. Insidiae fiunt amatori, cum dat pretium maximum pro foeda matrona (*Γ' b f V*; *hoc schol. sil. om. Pauly et Hauthal*

105. § Leporem uenator (*ν ζ*)] Inducit quasi canticum amatoris matronae; est autem canticum hoc: uenator persequitur leporem, ut capiat, et captum contempnit.

3 ueruum *Γ b c ζ*] uerrutuum *ν* uerruciū *V* 8 appellant *r c* -abant *cett.* 12 peripodia *γ* 15 dicuntur *b* 16 conficitur] consuitur b coo *γ f V*] choo *r ν* coa *b* 17 perlucida *Γ' V*] p̄lucida *b om. f* 18 perlucida *b ν V ζ*] p̄lucida (prelucida) *Γ f c* 20 koo *Γ V* coo *ν* choo *c* hoe *ζ* 21 quaeque] que *c* quae *ζ Porph., sed* quaeque = quaecumque *positum a posteriorum temporum usu non abhorret* 28 contempnit *r γ corr. b f F*] contempnat *γ pr. ν V* contemnat *c* contennat *ζ*

Amor meus huic similis est: absentia et difficilia desiderat et parata contempnit (*Γ′ b f V c ζ*

106. *Positum (*ν*)] Paratum, adpositum in conuiuio, ut Persius (1, 53):

Calidum scis ponere sumen (*Γ′ b*

107. § Quasi hoc dicat amator matronae: meus amor similis est uenatori, qui absentem leporem sequitur et appositum in epulis contemnit (*Γ′ b f V paul. sim. Porph.*

108. *⟨Captat⟩] Desiderat; mire 'captat' propter uenatorem adiungit (*Γ f*

111. § Nonne c. (*c ζ*)] Nonne sati⟨u⟩s est quaerere, quem finem cupiditatibus natura statuerit, quid tolerare possit, si denegatur, quid denegatum sustinere non possit? Multum tibi prodest quaerere, quid doleat natura uel ferat (*Γ′ b f V c ζ cons. Porph.*

§ Ordo est: nonne quaerere plus proderit, quid negatum latura, uel quid negatum dolitura est natura? (*Γ′ b V c ζ*

Nonne cupid. (*ν*)] Nonne quaerere melius est, quem modum cupiditatibus statuit natura? (*Γ′ V*

113. ⟨Abscindere⟩] Ἀλληγορικῶς: et inutilia ac uana ab utilibus et necessariis recidere ac separare (*Γ′ b V ex Porph.*

§ 'Soldo' utili, pro solido, et est figura detractio.

Idest utilia ab inutili separare. Solidum est manducare panem, inane autem phasianum (*Γ′ b V c ζ*

1 est meus huic similis *V c ζ* 2 contemnit *b c ζ* 4 ut — sumen] *om. b ν* 7 (absentem] fugientem *Porph.*) 8 contemnit *b*] contempnit *cett.* 11 satius *Porph. et edit. sil.*] satis *codd.* 13 denegatur *codd.*] denegetur *edit. sil.* 16 nonne querere (*om. ζ*) plus proderit quid negatum sibi natura (nam *ζ*) sit latura et quid dolitura *c ζ* 17 lat: — dol:] delatura *V* 21 δδδΗΓΟΡΙΚΟΣ *V* allegoricos *Γ′ b f Porph.* inutilia *ν b Porph.*] utilia *γ f V* utili *r* ac] et *γ b* aut *Porph.* 22 et] ac *r b f V Porph.* 24 pro solido] *om. c ζ* 25 ab] *om. γ V* 26 fasianum *c ζ*

119. § Non ego (νcζ)] Idest nolo ego rumpi tentigine, hoc est extensione, sed in praesentem uenerem inruere (Γ′bf Vcζ

*⟨Parabilem⟩] Idest uiliorem pretio. Et hii uersus ex Graeco translati sunt, (Γ′b

120. § Illam post p. (cζ)] Idest 'illam', quae dicit 'post paulo ueni, si exierit uir', Philodemus dixit 'Gallis relinquo' (Γ′bf Vcζ

121. § Gallis hanc P⟨h⟩. (ν)] Quia aut proniores sunt in uenerem aut multum donant. Philodemus autem quidam philosophus fuit phisicus, qui Gallos multum donare mulieribus dixit, aut quasi diuites, aut quasi in libidinem proniores. Alii (*ut Porph.*) dicunt Epicureum fuisse, qui cum multa de eadem secta scripsisset, dicens de muliere difficili ait: Gallis haec danda est ministris matris deorum, qui concumbere non possunt (Γ′bf Vcζ

124. * Nec magis alba (ν)] Vt nolit illecebrosis fucis sese ornare (Γ′cζ

126. § H⟨a⟩ec ubi s. (νcζ)] Istius modi mulier cum mecum inierit, do illi nomen Iliae et Egeriae, quae speciosissimae fuerunt (Γ′bf Vcζ

[Historia hoc habet: Amulius et Numitor fratres fuerunt. Amulius fratrem imperio pepulit et filium eius necauit. Filiam uero Illiam (*leg.* Iliam) Vest⟨a⟩e sacerdotem fecit, ut spem sobolis auferret, a qua se puniri posse cognouerat. Hanc ut multi dicunt Mars oppressit (*leg.* compressit). Vnde nati sunt Remus et Romulus, quos cum matre Amulius praecipitari iussit in Tiberim.

1 idest] *om.* V 2 hoc est] idest γcζ *om.* νV 4 hii γ] hi *cett.* 6 idest] *om.* ν que dicit post paulo ueni c que post paulo uenit ζ post paulo uenio quae (que) dicit *cett.* 9 proniores] promptiores c prontiores ζ 11 phis:] *absc.* b 13 promptiores c prontiores ζ 15 ministris Γ] *om.* bfνVcζ, *sed* cζ *add.* sacerdotibus *post* deum 16 deorum] deum cζ 17 ill: f: sese] ill: f: se γ se ill: f: cζ 20 mecum inierit c] mecum iniuerit γ mecum ierit bf mecum inerit νVζ ad me uenerit r do nomen illi ν do ei nomen r do nomen c de nomine ζ, *absc.* b

Tum, ut quidam dicunt, Iliam sibi amen (*leg.* Anien) fecit uxorem, pueri uero expositi uicin⟨a⟩e rip⟨a⟩e (ad uicinam ripam *Seruius p.* 101 *Th.*) sunt. Hos Faust⟨ul⟩us (Faustus *etiam Seruius Th.*) repperit pastor, cui (*leg.* cuius) uxor erat nuper Acci (*leg.* Acca) Larentia meretrix (meretrix Acca Larentia *Seru.*), quae susceptos aluit pueros. Hi postea auum suum Numitorem occiso Amulio in regna reuocarunt. Quod autem a lupa aliti dicuntur (dicuntur alti *Seru. Th.*) fabulam (*leg.* fabulosum figmentum *cum Seruio*) ad celandi (*leg.* celandam *cum Seruio*) auctoris Romani generis turpitudinem hoc fingunt, nec incongrue; nam et meretrices 'lupas' uocamus, unde et 'lupanar' (lupanaria *Seru.*), et constat hoc animal in tutela Martis esse (in tutela esse Martis *Seru.*). Regina filia regis abusiue ait (*gloss. V; haec omnia ex Seruio ad Verg. Aen.* I 273 ('regina sacerdos') *interpolata sunt; sed uerba* 'regina — ait' *non leguntur apud Thilonem*]

129. § Ve⟨pallida⟩ (*v*)] Quidam (*non Porph.*) putant 'uepallida' unam partem orationis esse quomodo 'uesana'; sed magis diuidendum est, ut 'ue' interiectio sit feminae timentis ac perturbatae (*Γ′bfVcζ ex Porph.*

129. 130. § Lecto desiliat mulier (*ζ*)] Mire ostendit ab ipso lecto fugam esse faciendam (*Γ′bfVcζ*

131. § Metuat doti (*vcζ*)] Quia antea adulterae dotem tantummodo perdebant (*Γ′bVcζ*

132. § Discincta tunica (*v*)] Aut quia omnes antea militabant, aut quia cingebant sese siue subarmale suum et ita procedebant omnes (*Γ′bVcζ*

133. Ne nummi pereant (*v*)] Ne deprehensus aut pecunia se redimat ab adulterio aut ad reddendam contumeliam constupretur aut certe manifestus adulterii reus, cum ad iudicium perductus sit, condempnatus fiat infamis (*Γ′bfV ex Porph.*

20 interi: — pert:] int̄. *V* sit interiectio *cζ* 24 metuat *om. v* 27 siue *Γ′bV*] *om. cζ* subarm: suum] sub armale sinistrum *Barth. aduers. p.* 1757 31 manifestus *γbf Porph.*] manifestius *rvV*

134. Deprendi miserum est (*ν*)] Idest etiam Fabius, adulter qui est, si iudicet, non possit negare miserum esse deprehendi (*Γ′bfV*

§ Fabio u. i. u. (*cζ*)] Satis urbane significat Fabium pro adulterio iudicaturum, si iudex in hanc rem constituatur, qui harum rerum et ipse sectator sit (*ex Porph.*): tamen miserum esse deprehendi.

Probe: nam si istum, qui est adulter, interrogem de qualitate adulterii, respondebit malum esse, et probare poterit, quod non expedit adulterari (*Γ′bfVcζ*

Fabio uel iudice (*ν*)] Quia ipse aliquando in adulterio deprensus non laudat bonum esse, et suspicari debemus hunc adulterorum fautorem esse potuisse (*Γ′bfV*

SERM. 3

4. *Ille Tigellius (*νcζ*)] Quasi de noto dixit 'ille' (*Γ′fcζ*

*⟨Caesar⟩] Augustus, sub quo et Horatius (*Γ′b*

5. *Patris (*ν*)] Gai Caesaris (*Γ′bf*

6. *Si collibuisset, ab ouo (a. o. *c* a bono *ζ*) usque ad mala citare⟨t⟩ (*ζ*)] Ab initio cenae usque ad finem (*Γ′bfcζ ex Porph.*

*Ouum enim initium cenae erat, quippe cum in gustu statim a balneis offerebatur, mala uero (autem *z Porph.*) in secundis mensis erant (*zcζ ex Porph.*

7. 8. § Summa (*νζ*)] Acutissima, quae in summa parte organi est, hypateque dicitur (*Γ′bfVcζ cf. Porph.*

7 tamen] tunc *ν* esse *f*] *om. b* est *Γ′ Vcζ* (*ortum ex* ẽẽ?) 9 probare *γ*] probari *cett.* 11 quia — et *V*] *om. cett.* 12 suspicari ergo debemus *f* 20 cenę *ζ cons. Porph.*] cenne *c* prandii *Γbf* prandi *ν* usque ad finem] *om. f* usque in finem *b* 26 et h: *cζ* hypate *rν Porph.*] hipate *γVcζ* ypate *bf*

8. § Quattuor ima (*ν V c ζ*)] Idest post quattuor, ac per hoc quinta (*Γ′ V c ζ*

§ Aliter: quinta chorda nete dicitur (*Γ′ V c ζ*

⟨Ima⟩] Quae in tetrachordo ima est. Haec eadem nete a musicis dicitur (*Γ′ b f V*

9. § Ordo est: s⟨a⟩epe currebat uelut fugiens hostem (*Γ′ b V c ζ ex Porph.*

§ Nil ⟨a⟩equale homini fuit illi (*c*)] Vt Sallustius de Catilina (15, 5):

Citus modo, modo tardus incessus.

In omnibus ostendit inaequalem (*Γ′ b V c ζ*

11. § Iunonis sacra (*ν*)] Caneforae (*leg.* caneforoe *cum Porph.*) apud Athenas hodieque dicuntur, qui (*leg.* quae *cum Porph.*) sacra capite portant et sensim incedunt et (*leg.* idest *cum schol. F D z*) lento gradu (*Γ′ f V c ζ ex Porph.*

12. § Modo reges a. t. (*c ζ*)] Tetrarchae dicuntur, qui quartam partem regni imperatoris habent (*Γ′ b f V c ζ*

14. § Concha salis (*ν c*)] Marina, in qua plerumque sal ponitur (*Γ′ b V c ζ*

§ 'Puri' idest sine condimentis, simplicis, non conditi (*Γ′ b f V c ζ cons. Porph.*

16. § Huic parco (*ν*)] Idest isti parco, isti paruis contento si dedisses ducenta milia, post quinque dies nihil inuenires (*Γ′ b V c ζ*

5 a musicis dicitur *γ V*] dicitur a musicis *r ν f* dicitur *b* 8 sallustius *ν*] salustius *Γ b V c ζ* 10 modo citus *r c ζ* incessu *c ζ* 12 can: — dicuntur] *om. c ζ* caneforę *γ* canefore *r f* cane fore *V* cano fore *ν* 14 et sensim — gradu] lento gradu incedunt *c ζ Porph.* incedunt *post* gradu *pon. c* 15 et lento gradu *om. r* 18 regni imperatoris *ζ*] regni imperatores *c* regni *b* imperatoris *Γ′ V* imperii *f* 21 idest] autem *c ζ* 23 idest] *om. ν ζ* pro *c*

17. ⟨Loculis⟩] Arculis (*ΓbfV*

Ab eo, quod est locus, diminutiue loculus (*Γ′bfV*

§ Noctes uigilabat (*νcζ*)] Accusatiuum posuit, ut iugem ostenderet uigiliam quomodo (*Verg. Aen.* I 47. 48):

Tot annos
Bella gero (*Γ′Vcζ cf. Porph.*

21. § M⟨a⟩enius absentem (*ν*)] Sensus iste est: confiteor me habere uitia, sed leuiora, nec sum similis Maenio, qui dicebat se ignoscere peccatis suis et ea pro [leuiora] nihilo ducere (*Γ′bfLVcζ*

21. 22. § Maenius cum de Nouio male loqueretur, ait illi alter: dic mihi tu: nescis te? (*ΓbfLVcζ*

Hic est Maenius, qui uenditis rebus omnibus unam sibi columnam reseruauit in Foro, unde gladiatores spectaret, quae Maenia dicebatur (*Γ′bfV ex Porph.*

25. § Cum tua peruideas (prou: *ζ*) o. m. (*cζ*)] Ordo est: cum tua mala oculis inunctis uel lippus uideas, [idest cum tua mala] 'inunctis' autem 'ueluti inunctis', ut Persius (1, 79. 80):

Hos pueris monitus patres infundere lippos
Cum videas,

pro 'ueluti lippos' (*Γ′fLVcζ*

*Cum tua peruideas (*ν*)] Idest cum tua uitia cernas quasi c⟨a⟩ecus, quare aliena perspicis oculis aquilae? (*Γ′fLcζ*

27. Quam aut aquila (*ν*)] Haec multum uidere traditur; nam sola fert solis radios, hoc est rectis oculis

5 tot] una cum gente tot *cζ* 7 sensus i: e:] *om. cζ* 9 maenio *b*] moenio *rLV* menio *γνf* nenio *c* neuio *ζ* se] *om. ν* et — ducere] *om. cζ* 10 leu: *del. K.* 15 *Ex eiusmodi columna gladiatores spectari non poterant, poterant ex Maenianis, quae nomen duxerunt a Maenio censore a. 436: de quo Festus:* Maenius censor primus in Foro ultra columnas tigna proiecit, quo ampliarentur superiora spectacula (*Osann*) 17 est] *om. rLcζ* 21 cum — lippos] *om. cζ* 23 cernas] cernis *ζ* uideas *c*

solem spectat; deinde et ex alto latentem leporem conspicit (*Γ′ b f V cons. Porph.*

§ Aut serpens Epidaurius (*cζ*)] Generaliter omnes serpentes multum uidere dicuntur, Epidaurium autem propter historiam posuit. A libris enim Sibillinis Romani moniti pro remedio ciuitatis, ut simulacrum Aesculapii de Epidauro insula peteretur. Quo Romani cum uenissent et errore multorum simulacrorum certum inuenire non possent, draco in conspectu omnium nauim Romanorum petiit. Qui ad urbem delatus in ripa uel insula Tiberis uisus subito non conparuit. In ipso autem loco templum Aesculapio condiderunt (*Γ′ b f V c ζ cf. Porph.*

29. § Paulo minus (*ν c ζ*)] Qui non se aptant ad mores hominum, minus apti dicuntur, qui nesciunt rerum tempora, qui inportuniores (*Γ′ b f V c ζ*

29. 30. § Acutis naribus (*ν ζ*)] Idest ab acutis hominibus rideri possunt hii, qui iracundiores sunt et inepti. 'Acutis naribus' ergo metaphoricos dicit a canibus, qui odore inueniunt cubilia bestiarum. Alii (*ut Porph.*) sic exponunt: habet aliqua uitia, ita ut paulo iracundior sit, nec possit deridentium u⟨rb⟩anitatem, quae nunc maxime exercetur, sustinere, praestat etiam de se ridenti materiam, quod rusticius tonsus sit et toga ipsius defluat laxosque calceos habeat (*Γ′ b f V c ζ*

3 epidarius *cζ* gen: — epidaurium] *om. c propter neglegentiam* 4 epidaurium *γ b*] epidarium *ζ* epidaurum *cett.* autem *b c ζ*] *om. cett.* 5 posuit *b f c ζ*] *om. cett.* 6 moniti *Γ′ V*] moniti sunt *b f* sunt moniti *c ζ* 9 draco *r Porph.*] *om. cett.* serpens *add. edit.* nauim *ν b f c*] nauem *γ V om. ζ* 10 uel insula] *om. c ζ* 11 conparuit *γ ν*] apparuit *c ζ* comp: *cett.* 15 inport: *γ ν V*] import: *r* inport: sunt *b f c* import: sunt *ζ* 16 idest] *om. c ζ* 17 hii *ζ*] hi *cett.* 18 metaforicos *γ V* foricos *ν* metaph: *r b f* methaph: *c ζ* 20 aliqua *ν Porph.*] aliquis *γ b f c* aliqui *r V* . . . . aliquis *ζ* 21 nec *r*] non *ν* ne *cett. Porph.* urbanitatem *Porph.*] uanitatem *codd.* 22 de se ridendi *V c ζ*] de se ridenti *r b ν* desideranti *γ* de se *libri Porphyrionis, om. f*

31. § Rusticius tonso (ν)] Quidam (*non Porph.*) dicunt de C⟨a⟩esare hoc dictum esse, quia fluebat eius semper toga, idest non erat bene composita, et inperito tonsore utebatur (*Γ'bfVcζ*

*Et male laxus (ν)] Non male laxus, sed male haeret, pro non h⟨a⟩eret, ut (*Verg. Aen.* IIII 8):

Male sana sororem (*Γ'b*

§ Hic dicitur pulsare Virgilium, quia indecori et corporis et habitus fuit (*Γ'*(*rbν*) *Vcζ*

*Male laxus (*Lcζ*)] Indecenter laxus (*Γ'bLcζ*

34. § Inculto (νζ)] Quasi Maenius hoc dicat: sed haec in inculto corpore celantur; quia non facile probat aliquis sapientem esse eum, qui male uestitur (*Γ'bVcζ*

34. 35. § Olim n. (ν)] Aliqua natura uitiorum insita fuerit, ut (*Verg. Aen.* II 8. 9):

Iam nox humida caelo
Praecipitat (*Γ'bVcζ*

36. *Consuetudo mala (ν)] Mire duo dixit; uitia enim aut nascuntur aut mala consuetudine trahuntur (*Γ'bcζ*

§ Ostendit ex consuetudine nasci multa mala; nam si neglexeris te, uitiosus efficeris, quemadmodum neglecto agro spinae nascuntur (*Γ'bfVcζ*

38. § Illuc praeuertamur (ν)] Aut 'redeamus' aut 'ueniamus' pro 'transeamus', sicut (*Verg. Aen.* I 317):

Volucremque fuga praeuertitur Hebrum

(*Γ'bfVcζ cons. Porph.*

2 semper toga eius *cζ* semper eius toga *ν* 3 inp: *γ*] imp: *cett.* 8 uirg: pulsare *r* quia *νbV*] qui *rcζ* 11 dicit *γ* dicat *cett.* 12 in *γb*] *om. rνVcζ* 14 aliqua] numquid aliqua *edit., cons. cζ, non cett.* 19 mala] ex *cζ* 21 ex consuet: ostendit *cζ* 22 te uitiosus — nascuntur] quemadmodum neglecto agro spine nascuntur, ita indisciplinato uitia generantur *cζ* te — efficeris] *om. V*

§ Quod amic⟨a⟩e t. (ν)] Debemus, inquit, et nos imitari amatores, qui non solum non offenduntur amicarum uitiis, sed ea etiam laudant (*Γ′ b f V c ζ*

§ Hoc est, quod dicit: non debemus offendi uitiis amicorum, sed et nos uitia eorum saltem tolerare debemus (*Γ′ V c ζ*

40. § Hagn⟨a⟩e (ν)] Hagna nomen meretricis putidis naribus. Polypus autem uitium narium, quod adulescentem nobilem delectabat (*Γ′ f V c ζ*

41. 42. § Et isti errori (*ν c ζ*)] Quod laudamus uitia amicorum; idest uirtus ipsa, si ita errarem, appellaret me uirum bonum (*Γ′ b V c ζ*

44. 45. § Strabo, qui est detortis oculis, dicitur, petus autem leuiter declinatis (*Γ′ b f V paul. sim. c ζ*

Ex hoc autem et his, quae subsecuntur, ostendit a parentibus filiorum uitia aut non intellegi, aut intellecta dissimulari, quod praecipit circa amicos quoque esse faciendum (*Γ′ b f V ex Porph.*

*Paeti dicuntur proprie, quorum oculi huc atque illuc cum omni uelocitate uoluuntur (*Γ′ b f c ζ*

47. Sisyphus (ν)] Sisyphus pedalis fuit, quem Antonius dilexit. Hic solebat in scapha natare (*Γ′ b f V*

Alii: fuit intra bipedalem staturam, ingenii ignei (*Γ′ b f V ex Porph.*

§ Antonius triumuir, frater Antonii, uiri Cleopatrae, habuit filium prodigiosae breuitatis; istum Sisyphum appellauit, quia erat ardentissimi ingenii (*Γ′ b f V c ζ*

7 hagna *ΓV*] agna *f c ζ*, *om. ν*, *b absc.* 8 polypus *r*] polipus *c ζ* polypum *ν* polipum *V* polippum *γ f* adul: *ν V c*] adol: *γ f ζ* hulescentem *r* 13 strabo — declinatis] leniter inclinatis (inclinans *ζ*) oculis *c ζ cum lemmate* 14 leuiter *Γ′ Porphyrionis U*] leniter *b f V c ζ* 15 subsecuntur *γ ν b V*] subsequuntur *r f* 17 faciendum esse *r Porph.* 19 proprie dicuntur *c ζ* huc atque illuc oculi uelociter uoluuntur (uertuntur *c*) *c ζ* 22 scapha *r f* scafa *γ ν* suafa *V*, *absciss. b* 23 alii] aliter *b* alii dicunt *ν* fuit] fuisse *ν* 23 i: i: *om. V* 26 appellauit *ν* appellat *V c ζ* appellabat *r f* apellabat *b* apellauit *γ* 27 quia *γ b f V c*] qui *r ζ* quod *ν*

§ Hunc uarum (*cζ*)] Varus appellatur introrsum retortis pedibus (*Γ′* (*rbv*) *Vcζ*

48. Balbutit (*v*)] Idest illum balbutiens dicit scaurum (*Γ V*

§ Scauri sunt, qui extantes talos habent. Suauiter autem dixit: balbutit scaurum; sic enim blandientes infantibus infringere linguam suam solent, ut eos imitentur (*ex Porph.*). Alii dicunt scauros esse, qui habent calces inuersos (*Γ′ bf Vcζ*

49. Ineptus (*V*)] Hic ostendit, quomodo amicorum uitia appellare et existimare debeamus et honestioribus uerbis appellare (*Γ′ b V ex Porph.*

50. 51. § Concinnus (*vb*)] Compositus, bonus; idest iactans est aliquis: dicatur, quod uult uideri apud amicos concinnus et bonus (*Γ′ bf Vcζ*

52. § Plus ⟨a⟩equo liber (*v*)] Vltra quam oportet. Plus aequo liber est, qui, quod sentit, tacere non possit (*Γ′ bf Vcp*

§ Simplex (*vb Vc*)] Non ambiguus aut bilinguis, sed qui, quod sentiat, dicat. Vulgo autem 'simplex' modestus dicitur (*Γ′ bf Vcζ ex Porph.*

55. At nos (*v*)] Sensus [est]: at uero nos adeo maligni sumus, ut non solum uitia amicorum non tegamus, uerum etiam laudes mala interpretatione culpemus (*Γ′ bf V*

§ Debebamus uitiis alia dare nomina, idest leniora. Nos etiam uirtutes deprauamus, idest laudes amicorum in uituperationem conuertimus (*Γ′ bf Vcζ*

56. *Sincerum cupimus uas incrustare (*c cons. ζ*)] Allegoricos: de uiro bono detrahimus (*Γ′cζ cons. Porph.*

5 suauiter] pater *cζ* 6 balbutit *γfvc*, *sed c in ras.*, balbutis *ζ* balbuttit *rbV Porph.* 7 infingere *Γ′cζ* infringere *etiam FDz* 8 calces *γvbfV*] calceos *r* talos *cζ* 12 appellare *Porph.*] appellari (apellari *γ*) *codd.* 14 iactans] si iactans *cζ* 22 est *v om. cett.* 26 nomina *bfcζ*] *om. Γ′ V* leniora *cζ*] leuiori *V* leuiora *cett.* 30 detrahimus] *om. cζ*

§ Incrustari uas dicitur, cum aliquo uitioso suco inlinitur et inquinatur, secundum quod et Lucilius in quarto satyrarum (III 20 *M.*) ait: Nam mel regionibus illis incrustatus calix rutia (*Γ′bfVcζ ex Porph.*

⟨Incurtare⟩] Minuere. Lectum est et incrustare (*Γ′V*

57. 58. § Tardo cognomen pingui d. (*cζ*)] Illum, qui pinguis est, tardum appellamus, naturam uertentes in uitium (*Γ′bfVcζ*

§ Ordo est: illi pingui cognomen tardo damus, naturam uertentes in uitium (*Γ′bfVcζ ex Porph.*

*Pro pingui tardo. Pinguedo enim praegrauat et tardos facit (*cζ*

58. 59. § Insidias (*V*)] Si sit aliquis cautus et non facile se iungat insidiosis, eum astutum appellamus (*Γ′bV. paul. sim. cζ*

59. *Nulli nodum facit ad l⟨a⟩edendum (*Γ′bf*

*Obdit (*v*)] Obicit, offert [opponit] (*Γ′cζ cons. Porph.*

60. *Cum genus hoc (*v*)] Cum in genere huius uitae uersemur insidiosorum hominum (*Γ′bcζ*

63. § Simplicior q. e. e. q. m. s. l. (*c*)] Ordo est: et siquis est simplicior, qualem me tibi s⟨a⟩epe libenter exhibui, o M⟨a⟩ecenas, hunc appellant molestum et stultum. Sensus uero hic est: siquis libere et sine obseruatione temporis appellauerit amicum suum, hunc dicunt stultum et molestum (*Γ′bfVcζ*

66. § Communi sensu (*v*)] Siquis est simplex, ut

2 secundum — rutia] *om. cζ* 3 quarto] tertio *Porph.* satyrarum *rvV*] satirarum *cett.* mel] *om. V* 4 calix *rbf*] calex *γvV, rectius?* rutia] rucia *V* 5 minuere *Γ′*] *om. V* 9 est *bfv Porph.*] *om. ΓcV* 13 si — app:] si non uult se admiscere insidiosis et nullum ledere, stultum appellamus *cζ* 14 astutum] stultum *Pauly cum cζ* 17 opponit *om. cζ, ante* offert *pon. v* 19 uersemur *Γ′*] uersemus *b* uersetur *cζ* 20 ordo — exhibui] *om. ζ* est *γfVc*] *om. rv* 21 siquis *uel* si quis *Γfc*] siqui *vV, b euanuit* sepe libenter *b* sepe labententer *f, om. Γ′Vc* 22 exhibui] obtulerim *c* 26 *lemma om. cζ*

legentem aut cogitantem molestus interpellet, statim eum carere communi sensu dicimus (*Γ′ b f V c ζ*

'Inquimus' media syllaba longa esse deberet (*Γ′ b f V*

67. *Legem sancimus iniquam (*ν ζ*)] Quia eadem ab aliis patimur et eidem conditioni subiacemus, quia etiam illi eandem de nobis legem constituere (*Γ′ b c ζ cons. Porph.*

68. § Nam uitiis n. (*ν*)] Ideo debemus uitiis amicorum ignoscere, ut et alii nostris ignoscant (*Γ′ b V c ζ*

69. 70. § Amicus dulcis (*ν c ζ*)] Amicus bonus debet conpensare mea uitia cum bonis et, si plura sunt bona, ad ea propensior fieri, idest ea magis laudare (*Γ′ b V c ζ*

72. *Hac lege i. t. pone[re]tur eadem (*ζ*)] Allegoricos: qui ignoscit uitiis meis, eandem ueniam consequetur (*Γ′ b c ζ cons. Porph.*

73. § Qui ne tuberibus (*ν ζ*)] Hoc dicit: quod siquis suis magnis uitiis ueniam poscit ab amico, minoribus uitiis amici debet ignoscere (*Γ′ b V c ζ*

76. § Denique quatenus (*ν*)] Quatenus uitium irae et alia uitia non possunt penitus aboleri ab hominibus, debemus moderate ea uituperare. Si non possunt, inquit, dissimulari uitia amicorum, saltem talia aestimemus, qualia sunt, nec debemus ea malignitate nostra augere. Iam paulatim eo descendit, ut aduersum Stoicos disputet, qui dicunt omnia peccata paria esse, animum ergo peccantis, non quantitatem peccati spectandam (*Γ′ b V c ζ cons. Porph.*

78. § Ponderibus (*ν*)] Propriis aestimationibus, iudiciis, mensuris debet uti et hoc modo debet punire peccatum (*Γ′ b f V c ζ*

3 syllaba *ν b*] sillaba *cett.* esse deberet] est, sed causa metri corripuit *b* 4 sanciret *ν* 6 constituere] statuerunt *c* statuerint *ζ* 8 uitiis am: deb: *c ζ* 9 et *om. c ζ* 15 meis] mox *c ζ* consequetur] consequitur *ν ζ* poscit *c* 20 quatenus] quando *ζ* quoniam *c om. ν* 25 aduersus *γ c* aduersos *ζ* 27 spectandam] spectant *c* spectat *ζ*, *sed opp. Porph.* 28 pr: aest: iud:] *om. V* propriis *c*] proptiis *ζ om. cett.* extimationibus *c ζ om. f*

79. § Ac res ut quaeque est (*ν*)] Prout est unaquaeque res, et quemadmodum est uitium in quauis re, ita et poena ratione procedit, idest pro qualitate uitii poenam debemus adhibere. Hic autem tangit Stoicos, qui dicunt omnia uitia paria esse (*Γ′bfVcζ*

80. § Siquis eum s. (*ν*)] A simili argumentum facit et docet non omnia peccata esse similia ac per hoc nec similes poenas esse (*Γ′bVcζ*

81. *Ligurierit (*cζ*)] Degustauerit (*Γbfcζ*

82. In cruce s. (*ν*)] Labeo iuris peritus uituperabat leges Augusti Caesaris; hunc modo reprehendit Horatius in gratiam Caesaris (*Γ′bV*

§ Marcus Antistius Labeo iuris peritus memoratae libertatis, namque in Augustum libere inuectus est; ideo etiam eum nunc poeta male tractat, ut gratificetur Augusto (*Γ′bVcζ ex Porph.*

83. *Quanto hoc furiosius (*ζ*)] Quod fecit dominus, quam quod seruus admiserit (*Γ′bfcζ*

84. § Paulum d. a. (*c*)] Paululum si peccauerit amicus, odisti eum; quod [paulum] peccatum nisi concesseris, saeuus et acerbus uideare [uel habearis] (*Γ′bfVcζ*

86. § Vt Rusonem d. (*νζ*)] Significat hunc Rusonem feneratorem fuisse et eundem historiae malum scriptorem, qui solitus esset a debitoribus suis audientiam exigere (*Γ′bVcζ cons. Porph.*

[Quia usuras a debitoribus per historias a se scriptas per uim extorsit siue in spectaculo (*V*]

*Ordo: qui nisi undeunde extricat nummos (*Γ′bcζ*

1 prout — res] *om. V* est] *post* res *pon. νcζ* 2 et — esse] *om. f* 9 degustauerit *rbfc*] deglutierit *γ* 13 marcus *ν*] marous *V* martius *Γc* marsius *ζ*, *euanuit b* memoratae] immoderatae *Peerlkamp* nemorate *ζ*; memoratus = memorabilis 17 furiosior *ζ* 18 admiserit *rν*] admiserat *γb* admisit *c* amisit *ζ om. f* 19 paululum *r corr. b*] *om. f*, paulum *γνVcζ* 20 paulum *om. cζ* 21 uel habearis *om. cζ* habearis *rb* abearis *V* habeares *ν* habeare *γ* habueris *f* 23 fener: *νbc*] foener: *ΓV* senatorem *ζ* 28 unde *γcζ*

§ Qui debitor, nisi parauerit usuras aut sortem, audiet historias Rusonis feneratoris (*cf. Porph.*), idest lites et conuitia. Alii dicunt 'historias', quod is malus historiographus fuit, adeo ut debitores eius, cum non haberent reddere, pro poena eum recitantem suas historias paterentur audire (*Γ′bVcζ*

*Misero (*cζ*)] Debitori (*Γ′bfcζ*

89. *Porrecto iugulo (*v*)] Iugulus incerti generis est, nam et hic iugulus et hoc iugulum dicimus (*Γ′bcζ*

§ Historias (*vcζ*)] Iniurias, contumelias. Ordo: ut captiuus audit. Hic allusit, quoniam malus historiographus dicitur fuisse (*Γ′bfVcζ*

90. § Comminxit lectum (*vc*)] Inuitasti quendam amicum tuum ad cenam, is potus comminxit lectum tuum, aut si fregit catinum, eo debes illum odisse? (*Γ′bVcζ*

91. § Euandri (*vc*)] Euandrum ferunt** caelatorem ac plasten Atheniensem a Marco Antonio Alexandriam perductum et inde inter captiuos Romam uenisse ibique multa admiratione digna fecisse (*ex Porph.*). Hic ergo allusit ad speciem materiei dicens uas fictile caelatum fuisse (*Γ′bfVcζ*

§ Ob hanc rem (*v*)] Quia [uas aut] calicem deiecit nobiliter factum, ideo debet minus iucundus uideri? (*Γ′bfVcζ*

§ Ordo est: ob hanc rem minus iucundus amicus sit mihi, quia antepositum pullum in mea parte sustulit?

2 fen: — historiographus] *om. ζ* fener: *vc*] foener: *ΓV* fęner: *b* 3 conuitia *γc* conuiuia *r pr. v* conuicia *r corr. bV* 4 fuit] fuerit *cζ* 9 et] *om. cζ* dicitur *cζ* 11 hic] ast hic *cζ* 13 commixit *c* connixit *ζ* 14 comminxit *γV* commuxit *c* commixit *rv* commisisti *ζ* 15 fregit] fregerit *cζ* 16** = *qui de personis Horatianis scripserunt, uid. Porph.* 17 alexandriam (all: *ζ*) *ΓfVcζ Porph.*] alexandream *v*, *euanuit b* 18 ibique — fecisse] *om. cζ* 19 ergo *Γf*] uero *v om. Vcζ*, *euanuit b* 22 *lemma om. cζ* uas aut] *om. cζ* 23 iocundus *γbζ* iucondus *f* 25 est] *om. vcζ* iocundus *γfVζ*, *euanuit b*

Ideo hunc debeo persequi? (*Γ' b f V c ζ cons. fort. Porph. originarius*

96. § Dogma reprehendit Stoicorum, qui omnia peccata paria esse dicunt, et ait ne ipsos quidem in hac sententia permanere (*Γ b f V c ζ Porph.*

97. § Sensus m. q. r. (*c*)] Consuetudo probat non paria esse peccata, quia aliter punimus furem, aliter homicidam. Sensus: aliter enim indignatur animus, cum audierit homicidium factum, aliter cum furtum (*Γ' b V c ζ*

Moresque (*ν*)] Iudicium, aestimatio hominum. Idest cum uenerimus ad ueritatem, hoc est ad iudicandum de peccatis, sensus et mores abnuunt paria esse peccata (*Γ' b V*

§ ⟨Sensus moresque repugnant⟩] Quia aliter sentiunt homines ceteri quam Stoici in hoc, quod facilius diiudicatur furtum quam homicidium, quod Stoici nolunt (*Γ' b f V c ζ*

98. § Atque ipsa utilitas iusti prope et qui (*leg.* mater et aequi) (*ζ*)] Ingeniose ait iustum et aequum ex utilitate descendere. Inter iustum autem et aequum haec differentia est: iustum est, quod ex lege descendit, aequum uero, quod ex natura, ut Maro (*Aen.* VII 203):

Haut uinclo nec legibus aequam (*Γ' b V c ζ*

§ Atque ipsa utilitas (*ν*)] Est enim utilitas uera iusti et uirtutis mater; altera est, quae uidetur pecuniaria. Illa ergo utilitas iusti mater repugnat praeceptis Stoicorum. Ostendere uult non esse iustitiam naturalem, sed natam esse ex utilitate (*Γ' b V c ζ*

3 *sine lemmate etiam c ζ* dogma *r f c ζ Porph.*] doctrinā *γ* docma *b V* 4 ne *c ζ Porph.*] nec *cett.* 6 consuetudo — peccata] *per neglegentiam om. ν* 8 animus indignatur *V* 14 quia — stoici] Cum uentum ad uerum est: ad extimationem *c ζ* 15 in hoc — nolunt *V c ζ*] *om. Γ' b f* 20 desc:] procedere *c ζ* 23 haut *V*] aut *c ζ* haud *cett.* 24 enim *Γ' V c ζ*] igitur *b* autem *ν* 27 non esse iust: *Γ' V ζ*] iust: non esse *b c*

99. *Cum prorepserunt (ν)] [Processerunt] docet, quomodo ex utilitate nata est iustitia (*Γ′bcζ*

*Animalia terris (ν)] Ypallage: prima animalia homines intellegendum (*Γ′bcζ*

104. § Absistere (ν)] [Secedere, separari.] Zeugma: coeperunt, posteaquam inuentae sunt leges (*Γ′ Vcζ*

107. § Nam fuit ante Hel. (ν)] Hoc eo pertinet, ut probet, quod supra dixerat, homines inter se ab initio, cum orti sunt, pugnam habuisse, sed primo ferino ritu, deinde ad arma paulatim processisse (*Γ′bVcζ ex Porph.*

108. *Ignotis p. m. i. (*c*)] Quia nemo de illis scripsit, ignorantur (*Γ′bfcζ*

109. *Incertam (νcζ)] Omnibus expositam, quia non habebant certas uxores (*Γ′bcζ*

111. Metu iniusti (ν)] Hic inutilis; idest necesse est inuentas esse leges propter metum incommoditatis (*Γ′bV*

§ Adhuc uult ostendere iustitiam non esse naturalem, sed inuentam propter utilitatem (*Γ′ Vcζ*

112. § Tempora si f. (νcζ)] Si antiquitatem uolueris retexere, in qua antiquitate leges nullae erant, inuenies iustitiam inuentam propter utilitatem, non propter naturam (*Γ′bVcζ*

113. [Natura enim praestat scire, quae sunt appetenda, quae etiam fugienda; sed ratio, quae plus ualet, discernit iustum ab iniusto (*Vcζ*]

§ Nec natura p. (ν)] Natura nouit, quid sit amarum, quid dulce, quid album, quid nigrum; quid iustum, quid iniustum, nescit. ⟨Nescit⟩ enim tollere cupiditatem habendi et dolorem amittendi, quae utraque non natura,

1 processerunt] *om. cζ* 5 secedere sep: *om. Vcζ* 6 coep: *V*] cęperunt *ζ* cep: *cett.* 8 supra *rνVcζ*] superius *γb om. Porph.* 15 idest] id *V* 18 ostendere uult *cζ* 20 f. *νc*] fastusque *ζ* 24 enim *cζ*] *om. V* 25 sed *cζ*] *om. V* 29 *alterum* nescit *add. K., om. codd.;* non potest *pro hoc scrib. cζ* (non enim potest tollere) enim tollere *νbcζ*] tollere enim *γV* tollerare enim *r*

sed uita nos docet, et neque iustum diligitur neque uituperatur iniustum (*Γ′ b V c ζ*

§ Secernere (*ν*)] Natura enim bona ac fugienda operi suo adtribuit, sed iustum ab iniusto ratio secernit, quae ratio non optinet hoc, ut tantum peccet qui caules eripuit et qui sacrilegium fecerit (*Γ′ b V c ζ*

Non ita per naturam, quid iustum sit aut iniustum, intellegere possumus, quomodo intellegitur, quid utile aut inutile sit, aut quantum distet malum a bono (*Γ′ b V cons. Porph.*

114. § Diuidit ut bona diuersis (*c ζ*)] Idest quomodo potest natura separare bona a malis, ita non potest separare iusta ab iniustis [sicut Stoici uoluerunt] (*Γ′ b V c ζ*

Petendis] Licitis (*Γ′ b f V*

115. § Nec uincit ratio (*ν c ζ*)] Nec potest probare hoc ratio, quod tantum is peccet, qui alienum hortum uexauerit et qui patrem occidit (*Γ′ b V c ζ*

117. § Nocturnus (*ν c ζ*)] Pro ‘noctu’, ut alibi (*art. poet.* 268. 269):

Vos exemplaria Graeca
Nocturna uersate manu (*Γ′* (*γ b ν*) *V c ζ*

§ Legerit (*ν b*)] Furatus sit, ut poeta (*Verg. ecl.* 9, 21):

Vel quae sublegi tacitus;

unde et sacrilegi dicti (*Γ′ b V c ζ cons. Porph.*

119. *Scutica (*ν*)] Loro, habena; Graece dixit (*Γ′ b f c ζ*

120. Scilicet cum exaequatis criminibus: nullum tam leue putes, quod ferula uindicandum sit (*Γ′ b V*

3 operi *edit.*] opere *codd.* 4 adtribuit *γ V cons. b*] attr: *cett.* 5 optinet *ν V ζ*] obtinet *Γ b c* 6 et] quam *c* 9 difert bonum a malo *b opp. Porph.* 13 sicut — uol: *V c ζ om. cett.* 16 uincet *c ζ*] uincit *ν* 18 uexauerit *γ V*] uexarit *c ζ* uiolauerit *r* ///uerat *b* uexdicerit *ν* et] quantum *ζ* quam *c* 26 gr: d: *r ν f*] d: gr: *γ* grece *b*

120. § Nam ne ferula caedas eum, qui grauiora commisit, non uereor. Nam qui dicit omnia paria esse peccata, seuerus admodum est; seuerus autem leuia supplicia nescit inferre (*Γ′ b V c ζ*

⟨Ferula⟩] Deest 'cum' (*Γ′ b V cons. gloss. z*

122. 123. § Non uereor, ne dignum maiore supplicio afficias leuiore, cum mineris pari supplicio omnia persequi peccata, si tibi datum fuerit imperium (*Γ′ b V c ζ*

123. *Falce recisurum (*c*)] Allegoricos: supplicio amputaturum (*Γ′ b c ζ*

124. § Ordo iste: siquis sapiens est, et diues est et sutor bonus et formosus et rex secundum Stoicam sectam. Ait ergo Horatius: si secundum te, o Stoice, sapiens haec omnia habet, cur ad correctionem morum regnum petis, quod te habere dixisti? (*Γ′ b V c ζ*

§ Dicunt Stoici sapientem diuitem esse, si mendicet, et nobilem esse, si seruus sit, et pulcherrimum, etiam si sit sordidissimus (*Γ′ b V c ζ*

126. § Cur optas (*ν ζ*)] Inconsiderate ait illum optare regnum, cum sapientem etiam, si sutor sit, regem esse dicunt (*Γ′ b V c ζ*

*Non nosti (*ν*)] Antipophora (*r ν*

§ Chrysippus (*γ ν c ζ*)] Restitutor Stoicae sectae et eruditus praeceptor. Huius etiam Cicero meminit. Nunc autem personam sibi contradicentis inducit, ut et Stoicos et reliquos inrideat (*Γ′ b V c ζ*

128. *Soleas (*c*)] Caligulas (*ν c, c add.*: bene incisas *Galliculas (*Γ′ b f*

1 *Hoc scholion ut initium scholii* 122. 123 *perperam ponunt et codices et editiones* ne] ut *c ζ* 2 omnia] *om. c ζ* 6 dignum] malignum *c ζ* maiore *γ ν b V*] maiori *r om. c ζ* 8 peccata persequi *c ζ* 11 iste] iste est *c ζ* 13 o] *om. c ζ* 16 dicunt namque stoici *b* mendicat *codd.* mendicet *edit.* 18 sit sord:] sordidus sit *c ζ* 19 optis *ν* 23 chrisippus *ν* crisippus *γ c* cisippus *ζ* 24 nunc — inrideat] *cons. Porph.* 26 reliquos] ceteros *γ* inrideat *b*] obstupefaciat *c* obstupefaciam *ζ* irr: *cett.*

*Quo (*ν c ζ*)] Quomodo; hoc interrogatiue poeta (*Γ'* (*r b f ν*) *c ζ*

129. Vt quamuis tacet (*ν*)] Redit ad principium; nam de cantoribus coeperat (*Γ' b V*

130. § Vrbane satis Alfenum Varum Cremonensem deridet, qui abiecta ustrina (*leg.* sutrina *cum Porph.*), quam in municipio suo exercuerat, Romam uenit magistroque usus Sulpicio iurisconsulto ad tantam scientiam peruenit, ut et consulatum gereret et publico funere efferretur (*Γ' b V c ζ ex Porph.*

Alfenus, sutoris filius, qui ita iuris studio intendit, ut beneficio artis huius latum sumeret clauum et ad consularem consurgeret dignitatem. Sunt qui dicant (*ut Porph.*) hunc Cremonensem fuisse (*Γ' b V*

133. § Sic rex (*ν*)] Vsque adeo non es rex, ut si ad uellendam barbam tuam uenerint pueri, non nisi baculo uindiceris (*Γ' b V c ζ cf. Porph.*

134. § Lasciui p. (*ν*)] Aut Epicur⟨e⟩os dicit, qui aiunt summum bonum in uoluptate positum, aut simpliciter lasciuos pueros dixit (*Γ' b V c ζ*

137. § Dum tu q. l. r. i. (*c*)] Per irrisionem dicit: dum tu, rex, quadrante lauatum ibis, quod rex non facit; et est sensus iste: quemadmodum non potes probare te regem esse, ita non potes probare paria esse peccata; nam qua ratione rex es, qui nummo dato lauas et uno comite pergis ad balneum? Mihi autem ignoscent amici mei, siquid peccauero, et ego illis. Per utramque ergo partem nititur Horatius probare neque regem esse Stoicum, neque paria esse delicta; dicendo namque 'dum tu pergis

5 aliter urbane *ν* 6 ustrina] tonstrina '*Acron manuscriptus regiae societatis' apud Bentleium* 7 quam *c ζ*] quod *cett.* 9 puplico *b* pubplico *r* 12 latum *ν b*] latam *Γ V* clauam *Γ'* clauem *V, absciss. b* 15 est *codd.* es *Porph. et edit.* 16 uenerint] ueniunt *c ζ* non] *om. c ζ* 18 aut ep: — aiunt] aut quia (*om. V*) epicuri dicunt *V c ζ* dicit *Hauthal*] dicunt *codd.* 21 dicit *Γ' b c ζ*] dixit *V* 25 lauas] lauas te *c ζ* lauat *r* 28 probare] probate *b om. γ ζ*

lauatum nummo dato’ probat non esse regem, dicendo etiam ‘ignoscent mihi amici et ego illis’ ostendit peccata non esse paria; nam si est peccatum dignum uenia, peccata paria esse non possunt (*Γ′bVcζ*

§ Idest dum tu contempnis omnia et dicis non esse ueniam dandam peccatis et dicis omnia peccata paria esse, ego, siquid peccauero, impetro ab illis ueniam et inuicem praesto (*Γ′bVcζ*

139. *Crispinus (*ν*)] Stoicus [fuit], qui Stoicam sectam scripsit uersibus (*Γ′*(*rbfν*)

142. Et priuatus magis ⟨beatus⟩ uiuam non paria tibi sentiens, quam tu rex cum tuo sensu (*Γ′bV cons. Porph.*

SERM. 4

1. § Eupolis, Cratinus, Aristophanes, hii primi archeas comoedias scripserunt, in quibus ciuium uitia amaritudine stili secuerunt. Mire autem per haec origo satyrae ostenditur (*Γ′bfVcζ ex Porph.*

Eupolis Cratinusque contra Lucilium scripserunt. Dicit modo, unde nata sit satyra, simul qualis debeat esse satyra (*Γ′bfV*

4. *⟨Sicarius⟩] Sica gladius est permodicus, quem solent ferre in manicis dolosi interficientes cum illis homines, ⟨a⟩quibus sicarii dicuntur (*γf*

3 si est *γνbV*] si sicut *cζ* sicut *r* 4 non] *om. cζ* 9 fuit *ν*] *om. rbf* 11 beatus *add. K. conl. Porph.* 14 cratinus] atque cratinus *ν* hii *ζ*] in *V* hi *cett.* 15 ciuium *Γ′bfV Porph.*] omnium *c* omnia *ζ* 16 o: s: per hoc ostenditur *cζ* satyrae *νfζ Porph.*] satyre *bVc* satirae *Γ* 18 que *rbf*] ꝗ *ν* qui *γV* 19 satyra *rνbfV*] satira *γ* esse debeat *νbf* debeat esse *ΓV* 20 satyra *rνbV*] satira *γf* 22 cum *γ*] *om. f* 23 quibus sic: dicuntur *γ*] unde eciam ab eodem uocabulo sicarii uocantur gladiatores *f*

5. Multa cum libertate (*Γ′bV*)] Adeo ait, ut et nomen ostenderet (*Γ′bV*

6. Hinc omnis p. (*ν*)] Lucilius eos secutus est Graecos poetas, ipse poeta Romanus (*Γ′bV*

7. § Facetus (*νcζ*)] Habens peritiam risum mouendi et secandi homines uitiosos (*Γ′fVcζ*

8. § Emunct⟨a⟩e naris (*νc*)] [Tersae elegantiae (*cons. Porph.*) uel mundae.] Significat autem sapientem, quia e contrario muccosum stultum appellamus (*Γ′bVcζ*

9. *Hoc uitiosus (*ν*)] Vt asperos uersus componeret (*Γ′bcζ*

9. 10. § Vt magnum (*ν*)] Sicuti magnum; sed non est magnum multos uersus scribere, sed bonos, quamuis paucos (*Γ′bVcζ*

§ Putabat enim hoc esse maximum, si multos uersus momento fecisset (*Γ′bVζ cf. Porph. om. c*

11. § Lutulentus (*bcζ*)] Sordidus, cui contrarius luculentus, hoc est non liquida et pura copia (*Γ′Vcζ sim. b*

§ Quod tollere (*ν*)] [Quod sumere optares.] Etiam quando asperos faciebat uersus, erat, quod uelles imitari, hoc est: erat in asperis uersibus illius aliquid dignum imitatione (*Γ′bVcζ*

12. 13. § Scribendi f. l. s. r. (*c*)] Scribendi recte non ferebat laborem, nam scribendi quodcumque ferebat (*Γ′bVcζ*

13. § Sensus: nam in multum scribendo non diffiteor facilem fuisse (*Γ′(rbν)Vcζ*

1 ideo *codd.* adeo *edit.* 6 et — uit:] *om. f* 7 naris *c cons. ζ om. ν* tersae — mundae] *om. Vcζ* 10 comp: *Γ′b*] faceret *cζ* 12 sicuti m:] *om. c, non ζ* 15 esse m:] maximum esse *bV* maximum] magnum *r* 18 liquidae et purae copiae *b* liquida et pura conscientia *cζ* 20 quod — optares *om. bVcζ* 25 scribendi quodcumque (quocunque *c* quomodo cunque *ζ*) ferebat *Γ′bVcζ* scribebat quo cumque ferebatur *Pauly* scribere laborabat quocumque ferebatur *Hauthal*

*Ni[hi]l moror (ν)] Non recuso, Virgilius (*Aen.* X 400):

Nec dona moror (*Γ' b*

14. § Ecce Crispinus (ν)] Huius Crispini etiam in superioribus meminit (*serm.* I 1, 120. 121):

Ne me Crispini scrinia lippi
Compilasse putes.

Hic similiter ut Lucilius multos, sed malos uersus faciebat. Minimo autem digito solent prouocare, qui uolunt ostendere plus esse uirium in suo minimo, quam alterius toto corpore (*Γ' b f V c ζ cons. Porph.*

⟨Minimo⟩] Quasi nihilum (*leg.* nihilo), quasi eum, quem facile poterat superare (*Γ' b f V*

Minimo prouocare dicuntur hii, qui in sponsione plus ipsi promittunt, quam exigant ab aduersario (*Γ' b f V*

19. § At tu conclusos hircinis follibus (*c*) auras (ν)] Tu uero, Crispine, multa cogitando imitare hircinos folles. Hircinis follibus comparauit pectus Crispini et auris festinantibus eiusdem ineptas cogitationes (*Γ' b V c ζ*

20. § Per hoc ostendit Crispinum inflate scribere et turgide; unde Persius (5, 10):

Tu neque anhelanti coquitur dum massa camino

(*Γ' b f V c ζ ex Porph.*

21. § 'Beatus Fannius' est poeta, cui ultro delatae sunt capsae, ut suos libros mitteret et in auctoritatem reciperetur. Fannium quendam non satis bonum poetam

10 alterius toto corpore *γ ν V*] in alt: toto corpore *c ζ* in alt: corpore toto *r* alterius in toto corpore *b f* 14 hii *γ V*] hi *cett.* 15 exigunt *b f* 16 auras — follibus] *om. ζ propter homoeoteleuton* 17 o crispine *ν* hircinos *c*] hyrcinos *γ ν V* yrcinos *r*, *b abscisum* 20 inflate] inflatu *V* inflatum *c ζ* 22 anelanti *c ζ* 26 Fannium — senatus] Dicit autem ⟨fannium q⟩uendam non satis bonum poetam quem ⟨recepit i⟩n auctoritatem senatus *b*

recepit in auctoritatem senatus. Fannius iste malus poeta fuit, qui, dum ante contempsisset datam sibi imaginem a senatu, postea, dum moreretur, petiit, ut, delatis in publicum capsis suis, cum libris propriis incenderetur. [Item aliter de Fannio: hic Fannius loquacissimus poeta fuit, cui senatus audiendi fastidio ultro imaginem et capsas dedit.] Item aliter: Fannius Quadratus eo tempore satyram scribebat et erat sine liberis. Huius imagines et libros heredipetae in publicas bibliothecas referebant, nullo merito dictionis (*Γ′bVcζ*

22. *Delatis c. (*ν*)] Ad bibliothecam (*Γ′bf*

Et imagine (*ν*)] Quia is, qui fuisset in auctoritatem receptus, eius imago ponebatur quasi opinatissimi poetae (*Γ′bV*

23. *Vulgo recitare timentis (*ζ*)] Qui enim secat mores aliorum, in publico non recitat (*Γ′fcζ*

24. § Quod sunt q. g. h. m. i. (*c*)] Quia sunt quidam digni culpa, quos hoc genus carminis minime delectat (*Γ′bVcζ*

§ Ordo: ideo mea nemo legit, quod sunt, quos genus hoc non iuuat; quare non iuuat? quasi dignos culpari (*Γ′bVcζ*

25. § Quemuis m. e. t. (*c*)] De medio populo, de eo [populo], qui est ante conspectum, producito (*Γ′bVcζ*

28. § Albius aere (*ν*)] Idest Corinthio (*cons. Porph.*), ac per hoc statuis, non pecunia; nam supra argenti cupidos dixit (*Γ′bVcζ*

29. *Hic mutat m. (*νζ*)] Maronis illud (*ecl.* 4, 38. 39):

Nec nautica pinus
Mutabit merces (*Γ′bcζ*

1 recepit *νbc*] recipit *ΓV* recoeperit *ζ* 4 cum *bcζ*] *om. cett.* item — dedit] *om. cζ* item] *om. ν* 5 fanio *γV* fanius *V* 7 faunius *νV* quadratus *rνbV*] quadrato *γ et ν pr.*? quadratam *cζ Hauthal* 10 dictionis] doctoris *cζ* scriptoris *Cruquius* auctoris *Pauly* 17 Qui *cζ* 20 mea scripta *V* 21 quare non iuuat] *sil. om. Pauly* 23 de eo] eo *cζ* 24 populo *ΓbV om. νcζ*

30. § Vespertina t. r. (*c*)] Tepere dixit occidentalem plagam ad comparationem orientalis [plagae], quia ibi sol acrius feruet (*Γ′ b V c ζ*

32. § Aut ampliet (*ν*)] Qui propterea se periculis committit, ut aut nihil decedat de summa patrimonii sui aut certe ut augeatur (*Γ′ b V c ζ*

33. *Omnes hi m. (*ν*)] Qui sunt uitiosi, qui his malis sunt dediti (*Γ′ b sim. c ζ*

34. § Foenum habet (*ν c*)] [Et] sic locuntur inter se, qui sunt uitiosi: fuge istum poetam satyricum, qui foenum habet in cornu. *Μεταφορικῶς* autem dixit, quia, quando feriunt boues, horum in cornibus ligatur foenum (*Γ′ b f V c ζ cons. Porph.*

36. 37. § Non quod Horatius multis recitet, sed quod hoc uidetur consciis peccatorum (*Γ′ b V c ζ*

37. *Redeuntis (*γ ν*)] Redeuntes seruos a pistrino siue a nimpha (*Γ′ b f*

38. *Age dum pauca accipe contra (*c*)] [Idest] audi tu, qui uituperas poetas satyricos (*Γ′ b c ζ*

39. § Primum ego (*c ζ*)] Primum ego eximo me de numero eorum, quibus do hoc nomen (*ex Porph.*) ‘poetas’, idest non me dico esse poetam; neque enim qui scit uersum facere, poeta est (*Γ′ b V c ζ*

46. 47. [Quod acer spiritus ac uis nec uerbis nec rebus inest (*ζ*)] Eo quod elata uerba in com⟨o⟩edia esse

1 tepere *c*] tepet *Γ′ b V* tempore *ζ*   2 plagae *Γ* plage *ν V om. b c ζ*   4 qui] *om. c ζ*   7 qui — dediti] qui huiusmodi uitiis dediti sunt *c ζ*   9 fenum *c*   et *om. c ζ* idest *f*   locuntur *Γ′ c*] loquuntur *f V* loquitur *ζ*, *absciss. b*   inter] intra *c*   10 satyricum *b V c ζ*] satiricum *cett.*   11 ΜΗΤΔΦΩΡΙΚΩϹ *V* metaphoricos *r b f c ζ* metaforicos *γ ν*   12 horum in cornibus *Γ′ b f V*] in cornibus eis *c ζ*   14 *Hoc schol. perperam ad u.* 39 *ponunt edit.*   15 consciis *r ν V c ζ*] conscius *γ b edit. perperam*   17 nimpha *Γ′ b*] aliphā *f* (*ortum ex* ‘a limpha’; *Petschenig uoluit* a lympha, *sed cf.* ‘Nympharium’   18 idest *om. ν b c ζ*   19 uituperas] reprehendis *c* reprehendit *ζ*   sat: poetas *c ζ*   satyricos *r ν c ζ*] syricos *b* satiricos *γ*   23 est poeta *c ζ*   poeta] ilico poeta *r*   25 eo quod *c ζ*] *om. V*

⟨non⟩ debent, sed quae (quia?) haec non habet, dubitatur, utrum com⟨o⟩edia (*leg.* prosa *uel* sermo) sit an poema (*Vcζ*

47. ⟨Nisi quod⟩] Nisi quod solo metro differt comoedia a prosa oratione (*Γ′bV cons. Porph.*

48. § At pater ardens (*ν*)] Dixit superius: multi dubitant, utrum fabula, utrum poema dicitur comoedia, quia in ea non sunt ueraciora uerba neque sensus elati; qui autem uult uideri poema esse comoediam, dicit acrem inesse spiritum, siquidem patrem ostendit in luxuriosum filium saeuire uehementer (*Γ′bVcζ*

⟨At⟩] Sed forte hoc dicatur (*ΓbV*

51. *Ordo: [et] quod ambulet cum facibus, quod magnum est dedecus (*Γ′bcζ ex Porph.*

51. 52. § Ante noctem (*νcζ*)] Pro 'per noctem' aut ['ante noctem'] 'ante tempus noctis', quia caeci sunt amatores, qui utuntur facibus eo tempore, quo non est utendum (*Γ′bVcζ*

52. § Numquid Pomponius (*ν*)] Verba sunt eius, qui destruit comoediam uideri poema; idest si uiueret pater, num leuiora uerba possit luxuriosus audire Pomponius, quam quae audit filius a patre comico? (*Γ′(rbν)Vcζ*

⟨Istis⟩] Verbis, quae audit adulescens comicus (*ΓV*

53. Illud uult intellegi, quod etiam sine comoedia sic increpantur a patribus luxuriosi (*Γ′bV*

1 haec *V*] hoc *cζ* 2 utrum] an *cζ* 6 multi dubitant — dicitur] dubitatur utrum poema dicatur *cζ* 7 utrum poema] an poema *γ* 8 u: u:] uerba uerba *c* uerba uera *ζ* ueraciora *K.*] ueratiora *r* ueria *γV* uera *νbζ* uerba *c* seria *Hauthal* 11 (saeuire *recte in b*) 13 et] *om. cζ Porph.* 15 ante *om. ν* 16 ante noctem] *om. γcζ* 20 qui *bcζ*] *om. rνV* destruit *recte codd. nisi quod* destruūt *ζ*] dicit *edit.* uideri *rbνV*] non esse *cζ* 21 posset *b*] possit *rν om. Vcζ* luxuriosus audire *rν*] audire luxuriosus *b* luxuriosus audite *V* luxuriosus audiret *cζ* 22 quam quae] /// que *b* quae *rVζ* que *νc* a comico patre *c* amico patre *ζ*

54. § Non satis (*νcζ*)] Idest non sufficiunt pura uerba ad appellandum poetam metro conclusa; debet enim poeta et grauia uerba et composita cum sensibus elatis habere (*Γ' b Vcζ*

*Puris (*cζ*)] Sine figuris, sine magno sono (*Γbcζ*

56. § Personatus (*νcζ*)] Personam comicam gerens, de comoedia, qui personam patris accipit (*Γ' b Vcζ*

'His ego quae nunc' subaudi 'scribo uersibus aut uerbis' et his, quae olim scripsit Lucilius, si temporum mutationem et uerborum tuleris et figuras et conuerteris ordinem conpositionis, inuenies prosam orationem (*Γ' b V*

57. § Eripias si (*cζ*)] Ordo: si eripias his. Sensus hic est: si ordinationem metricam mutes in opere Lucilii uel meo, non eandem grauitatem inuenies, quam in Ennii uersu soluto (*Γ' b Vcζ*

Cuius est (*Enn. ann. fragm.* 270 *V.*):

Postquam Discordia tetra
Belli ferratos postes portasque refregit

(*Γ' b V cons. Porph.*

58. § 'Tempora' dixit moras syllabarum et correptiones (*Γ'* (*rbν*) *Vcζ*

60. § Non ut si soluas (*ν*)] Idest non ita inuenias, quemadmodum si soluas uersus Ennii aut Pacuuii, qui etiam soluti altitudinem et tumorem poematis optinent (*Γ' b Vcζ*

Sensus: si meis et Lucilii scriptis ordinem dissipes

2 conclusa — habere] *om. ζ* enim] *om. b* 5 sine m:] et m: *cζ* 7 de comoedia *om. b,* de *om. r* 8 His — nunc *ν*] *om. cett.* 9 scripsit *b*] scripserunt *Γ' V* 11 conposicio /// *b* compos: *cett.* 13 ordo — his] *om. V* 14 ordinationem *Γ' b Vζ*] orationem *c Pauly* 18 postquam — tetra *ν*] *om. ΓbV* taetra *Porph.* 24 pacubii *Γ V* 25 optinent poematis *γ* poematis obtinent *bcζ* poematis optinent *rνV* 27 lucili *V*

metri, in uerbis non inuenies poetae spiritum, ut in Ennii uersibus etiam solutis poetae pondus apparet (*Γ′bV*

§ [Ergo] ordo [est]: non [ita] inuenias [ut Ennii uersus si soluas] (*Γ′bVcζ*

⟨Postquam discordia tetra⟩] Et hic et sequens Ennii est (*ΓbV*

63. § Hactenus haec (*vcζ*)] Hucusque dixerim, utrum satyra uel comoedia dicenda sit poema (*Γ′ Vcζ*

§ 'Alias' 'alio tempore', 'alio in loco', ut Terentius (*Andr.* III 2, 49):

Quid alias malim quam hodie has fieri nuptias?

non 'alio modo', ut quidam dicunt (*Γ′bVcζ*

64. *Nunc illud quaeram (*ζ*)] [Deest audire.] Nunc dicam, utrum iure oderis hoc poema, utrum iure metuas (*Γ′ cζ*

65. 66. § Sulcius acer a. e. C. (*ζ*)] Sulcius et Caprius nomina fuere delatorum. Alii actores uolunt fuisse causarum; inde et rauci traduntur assiduitate agendi (*Γ′(rbv)Vcζ cf. Porph.*

69. § Vt tu sis (*vcζ*)] Si tu uis similis esse male uiuentibus, cur ego non per carmen istud uideor similis esse accusatoribus? et est subaudiendum 'similis' (*Γ′bVcζ*

*Celius et Birrius perditi adulescentes fuerunt hoc tempore (*Γ′bcζ*

1 spiritum *Hauthal*] spem *Γ′bV* 3 ergo *om. cζ* est *vb om. ΓVcζ* ita *om. cζ* inuenias *cζ Hor.*] inuenies *cett. Porph.* ut — soluas] *om. cζ* 4 si soluas] *om. V* 7 haec *vζ*] hec *c* 8 satyra *rbVcζ*] satyram *v* satira *γ* uel — poema] et comedia (comedia *ζ*) poema sint an non *cζ* uel com:] idest (*natum ex* † *uel* ut) comedia *V* dicendum *b* 11 quid alias malim] quando alias *cζ* 12 non — dicunt] *om. b* 13 deest audire] *om. v* 14 iure oderis *Γ′* oderis *cζ* 17 caprius *bcζ*] capreus *rvV* fuere *rV*] fuerunt *vbcζ* 18 et] etiam *cζ* 20 tu] *om. v* 22 sub: similis] sublimis inuectio *c* similis inuentio *ζ* subtilis inuectio *Baxter* sub *Γ′V* s. *b*

71. § Nulla taberna m. (*νc*)] Negat se libellos suos edere bibliopolis, ne inperitam turbam incidant, qualis est Hermogenes Tigellius.

Hoc ita posuit, quoniam bibliopolae stationes uel armaria circa pilas uel columnas habebant, ac per hoc ostendit se non temere cuiquam libellos suos edere nisi certis et electis personis (*Γ′ b V c ζ*

*Plerumque in pilis uel in columnis epigrammata scribebant poetae uel bibliopolis tradebant (*Γ′ b c ζ*

74. Non ubiuis (*ν*)] Idest neque semper neque aperte neque extra amicos recito (*Γ′ b f V*

§ In medio qui script. (*ν*)] Hoc sic pronuntiandum, quasi quilibet dicat contempnens Horatium: ideo tu secrete recitas, quia multi digniores te sunt, qui in medio foro recitant. Deinde consentit Horatius et addit: non mirandum hoc, nam multos esse, qui et in balneis recitent, et addit causam per ironiam, quia in balneis melius uox resonet (*Γ′ b V c ζ cf. Porph.*

78. 79. § Et hoc studio prauus (*ν*)] Subiectio [est]. Sed forte dicis: quoniam satyram scribis, o Horati, quae notat homines, ideo clam recitas (*Γ′ b V c ζ*

79. *Vnde petitum (*ν*)] Aut unde didicisti hoc, aut unde scis, quid sit prauum? (*Γ′ gloss. V*

2 inper: *γ V*] imper: *r ν c, b absciss.* inter picturam *ζ* 4 quoniam] quod *c ζ* uel *Γ′ b c ζ*] idest *V* 6 cuiquam] quuiquam *V* 7 certis et electis] nobilissimis *c ζ* certis et iectis *V* certis et eiectis *r* 12 hoc — qui et] *om. ζ* 13 quasi quil: dicat] est quasi dicat quilibet *c* cont: — multi] *om. ζ* 14 recitas] scribis *b* digniores] non indigniores *c* 15 deinde — hoc] *om. c* 16 esse] dicunt esse *c* in balneis] eis *ζ* recitent] recitant *c, defic. ζ* 17 et addit] ideoque clamamus (dannamus *ζ*) *c ζ, lacuna in V* hanc causam *c ζ, lacuna ante* c: *in V* hironiam *r c* hyroniam *γ V* hyreniam *ν* yroniam *ζ* yronia *b* 18 resonet] sonet *c ζ* 19 *lemma in c ζ*: Ledere gaudes subiectio] obiectio *ν* est *c ζ om. cett.* 20 quoniam] quomodo *c ζ* satyram *r ν b V c ζ*] satiram *γ* quae — recitas] *om. c ζ*

80. *Est auctor quis (ν)] Ordo est: denique quis eorum auctor est? (*Γ′cζ*

§ Idest quis eorum delator est, cum quibus conuiuatus sum? ⟨Quibus⟩ ergo coniecturis colligis crimine hoc me dignum esse? (*Γ′bVcζ*

Idest quis est de his, cum quibus uixi, qui dicere potest, quod malus sum et ideo gaudeo laedere? (*Γ′bV*

82. § Qui non defendit (ν)] Sunt enim quidam, qui, dum uolunt se urbanos haberi, quasi per facetias lacerent, sicut superius (*u.* 34. 35):

Dummodo risum
Excutiat sibi, non hic cuiquam parcit amico

(*Γ′bVcζ*

83. Dicacis (ν)] Faceti, iocosi. Dicaces sunt, qui risum mouent maledicendo, qui habent ioca mordacia (*Γ′bV*

85. Hic niger est (ν)] Malignus et liuidus, siue obscurus et latens. Sic nigrum ait malum ac uenenatum, ut (*Verg. Aen.* IIII 514):

Nigri cum lacte ueneni (*Γ′bV cons. Porph.*

*Niger ($c\zeta$)] Maledicus (*Γ′cζ*

*Hunc tu debes, Romane, metuere, non me (*Γ′bfcζ*

86. § Quaternos ($\nu c\zeta$)] Idest duodecim in triclinio. Nam inde et triclinium dictum, a tribus lectis (*Γ′bVcζ*

87. § Quauis (νVc)] Quo modo uis, [uel] qua ratione uis, ut poeta (*Verg. Aen.* I 676):

Qua facere id possis, nostram accipe mentem

(*Γ′bVcζ*

1 est *om. rcζ* denique — est] quis denique eorum est auctor *c om. ζ* 3 quis *γc*] qui *rνbV* quib, *ζ ut uid.* 4 quibus] *add. edit. om. codd.* 8 *lemma om. cζ* 9 per — parcit] *om. ζ* 12 hic *νc*] *om. ΓV, b absciss.* 15 maledicendi *codd.* maledicendo *edit.* 21 hunc tu debes] huius actus debes *cζ* 24 uel *cζ om. cett.*

88. *Aspergere (*νcζ*)] Notare sermonibus uel ueneno (*Γ′bcζ*

89. *Cum uerax (*ν*)] Mire 'uerax', nam ideo 'Liber' (*Γ′bf*

91. Infesto nigris (*ν*)] Tibi, qui infestus es nigris, idest malis hominibus, hic uidetur urbanus et comis (*Γ′bV cons. Porph.*

91—92. § Ego si risi, quod ineptus p. R. ⟨o.⟩ G. h. (*cζ*)] [Responsio] idest saepe in conuiuio uides aliquem de omnibus male loquentem, excepto eo, qui pascit, et delectaris: ego si merito aliquem uituperauero, reprehendis? (*Γ′bVcζ*

93. Siqu⟨a⟩e (*ν*)] Pro siqua, ut alibi (*carm.* III 14, 19. 20):

> Spartacum siqua potuit uagantem
> Fallere testa (*Γ′bV*

94. § Petill⟨i⟩us cum Capitolio praeesset, coronam rapuit. Est autem genitiuus 'de furtis Petilli Capitolini'. Nam ex crimine Capitolinus Petillius dicebatur. Hic de expoliatione Capitolii accusatus, dubium, utrum gratia iudicum sit absolutus, tamen Capitolinus uocatur (*Γ′bfVcζ*

Petillius dum Capitolii curam gereret, coronae sublatae causam dixit et ab Augusto absolutus est (*Γ′bfV ex Porph.*

Fingit se loqui cum quodam, qui amicus sit Petilli amici Caesaris, qui accusatus, quod coronam Iouis Capitolini rapuisset, absolutus est (*Γ′bfV*

99. Iudicium illud (*ν*)] Haec cum dixeris, grauissimo eum condempnas iudicio (*Γ′bfV*

5 es infestus *γ* 6 idest] uel *b* malis] malignis *Porph.* 8 quod — h.] *om. c* 9 responsio] *om. cζ* (saepe *ζ*) 10 eo] *om. cζ* 17 petillus *cζ om. cett.* in capitolio esset *cζ* 18 petilli] *om. bf* capitolini (capitollini *c*) petilli *cζ* 19 petillus *rfcζ* 21 uocatur] uocabatur *c* dicebatur *ζ* 28 hoc *b* 29 condemnas *r*

100. *Sucus (*νcζ*)] Virus, liuor (*Γ′ fcζ*

*Lolliginis (*ν*)] Genus piscis maritimi sucum atramento similem habens (*Γ′ bf*

*Lolligo genus piscis est, quo atramentum fit (*cζ*

101. § Quod uitium (*ζ*)] Idest hanc malitiam, qua solent homines etiam amicos suos persequi, amouebo a libris meis atque animo (*Γ′ bf Vcζ*

102. § Ordo: prius promitto ut si aliquid de me possum promittere; idest siquid est, quod de me uere promitto, et hoc uere polliceor, afuturam esse malignitatem, quae etiam amicis noceat (*Γ′ bf Vcζ*

105. § Insueuit (*ν*)] Idest insueuit me pater ad libere loquendum monstrando uitiorum singula, ut effugerem (*Γ′ bf Vcζ*

106. Vt fugerem uitiorum quaeque, dum ea exemplis noto (*Γ′ V*

107. 108. § Atque uiuerem (*ν*)] Idest quando me monebat pater ad rectam uitam, exemplis me docebat et proferebat hominum et uirtutes et uitia (*Γ′ bf Vcζ*

109. § Nonne uides (*cζ*)] Mira urbanitate, dum quasi ostendit, quomodo se pater suus monere solitus esset, interea multos percutit (*Γ′ bf Vcζ*

115. § Sapiens uitatu (*ν*)] Dicebat: philosophus te docere poterit melius, quae sunt uitanda siue appetenda; ego autem te docui ea, quae sunt in usibus constituta (*Γ′ bf Vcζ*

§ A philosopho, inquit, postea cognosces, quid iustum aut iniustum sit, quidue appetas uel uites. Quid autem bis intellegendum, ut sit: quid uitatu, quid petitu (*Γ′ bf Vcζ*

1 succus *ζ*   2 marini *b*   4 loligo *ζ*   quo] a quo *edit.*   5 idest] *om. cζ*   hanc *νfcζ*] in hanc *ΓV, b absciss.*   8 ordo *Γ′ bfcζ*] *om. V*   9 promittere possum *cζ*   10 promitto] promittere *cζ*   11 noceat] nocet *Vc* nocent *ζ*   12 idest — libere] *om. V*   idest] *om. cζ*   13 et monstrando (mostrando) *cζ*   ut] *om. cζ*   21 se] *om. V, non cett.*   suus monere] suis monere *V* suis monitis monere *cζ et edit.*   23 dicebat] dicebat mihi pater item dicebat *bfcζ*   29 uitatum quidue petitum *cζ*

118. *Custodis (*v*c*ζ*)] Pedagogi (*Γ′bfcζ*

120. § Nabis (*v*) sine cortice (*cζ*)] Metaphora a natatoribus [quia pueri sic discunt natare, idest uiues sine rectore] (*Γ′bfVcζ*

§ Natabis sine difficultate; sic enim discunt natare qui nesciunt, adiunctis uentri corticibus. Prouerbialiter posuit 'nabis sine cortice', hoc est sine alieno adminiculo (*cf. Porph.*) te reges (*Γ′bfVcζ*

123. § Obiciebat (*v*)] [Exemplo proferebat.] Hoc est: unum de equestri ordine demonstrabat, quia ex equestri ordine iudices legebantur (*Γ′bfVcζ ex Porph.*

124. § Siue uetabat (*cζ*)] Aiebat: dubitas, utrum hoc sit bonum an malum, cum uideas in hac re illum nescio quem infamia laborare? (*Γ′bfVcζ*

126. § Auidos u. f. u. a. exanimat (*ζ*)] Bene comparauit infirmam aetatem aegris dicendo auidos et intemperantes. Item aliter: auidos et aegros dupliciter possumus accipere; nam et de auaro utrumque recte dicitur et de aegrotante et languido; [sed] si auarum accipis, sibi parcere praecipitur, idest largius uiuere admonetur, qui auarus est, morte uicini (*Γ′bfVcζ*

§ Quemadmodum aegrotantes uicinum funus absterret a cibi auiditate, ita saepe animos teneros a uitiis infamia reuocat aliena (*Γ′bfVcζ*

129. *Ex hoc ego sanus a. (*v*)] Idest alienus sum ab his rebus, quae afferunt perniciem facientibus (*Γ′bcζ*

3 natatoribus] natoribus *Vcζ* quia — rectore] *om. bfcζ* 5 natabis] aliter natabis *v* nabis sine cortice *cζ* sine difficultate] *om. b* discunt] discunt pueri *bf* 6 prouerbialiter autem posuit *cζ* adminiculo *rVcζ Porph.*] amminiculo *γvf*; *b euanuit* 9 exemplo pr: *om. V* exemplum *edit.* 14 de infamia *ζ* 18 accipere] intellegere *V* intelligere *cζ* 19 sed *om. cζ* 20 parcere persequitur *rc* parcere qui sequitur *γvbfV* partem prosequitur *ζ em. K* 21 qui] quia *γfcζ* morte uicini *Γ′bfV*] morti uicinus *cζ* 23 saepe *ζ*] sepe *cett.* animos] amicos *cζ* 26 pern: aff: *cζ* pernitiem *γζ*

130. *Mediocribus (*ν*)] Fortasse habeo uitia, sed talia, ut his ignoscas (*Γ′bfcζ*

131. *Et istinc (*ν*)] In alio 'istis' inuenitur, ut sit de mediocribus uitiis (*Γ′b*

132. *Liber a. (*ν*)] Qui potest me libere increpare (*Γ′*(*rbfν*)*cζ*

133. *Neque enim cum lectulus (*ν*)] Sensus: neque enim cum aut deambulo aut lectulo iaceo, cogitatione careo honestatis (*Γ′bfV* (*sed in margine additum a glossatore*)

137. § Imprudens (*ν*)] Aut ualde prudens, aut cogito, ne per inprudentiam aliquid tale committam (*Γ′bfVcζ*

138. § Compressis (*νcζ*)] Sermones duo sunt: ἐνδιάθετος καὶ προφορικός. Et est ἐνδιάθετος, quo utimur cogitantes, προφορικός uero, cui lingua subpeditat (*Γ′bfVcζ*

141. 142. § Auxilio qu⟨a⟩e s. m. (*ν*)] Dicendo, quia multa manus poetarum ad auxilium ueniet, ostendit sese bene scribere; neque enim omnes poetae mali sunt (*Γ′bfVcζ*

142. § Multo plures (*νcζ*)] Idest ualde multi; aut multo plures, quam putas, aut plures sumus, quam Iudaei, et possumus te cogere consentire nobis, ut non iudices malum esse scribendum (*Γ′bfVcζ*

5 qui] quia *cζ* 12 inprud: *Γbζ*] imprudentiam *νVc* imprudenciam *f* 16 suppeditat *rνVcζ* subpeditat *γ* suppetat *bf* 18 s. m.] m. s. *ν* dicendo — poetarum] *om. cζ* 19 et ost: *Vcζ* ost: *cett.* 23 aut plures — scribendum] *om. ζ* 24 iudices — scribendum] iudices esse scribere malum uicium *c* 25 malum *γfV*] male *rν*, *defic. b*

SERM. 5

1. Egressum m. (*ν*)] Iter suum ab urbe Roma usque ad Brundisium describit (*Γ′ b f V cons. Porph.*

**Περίοδος* dicitur iste locus (*Γ′ b f*

*Et egressus Roma dicimus et Romam egressus (*Γ′ b f gloss. V cons. c ζ*

3. Gr⟨a⟩ecorum l. d. (*ν*)] Notandum, quod hanc particulam superlatiuo iunxit; nos enim dicimus longe doctior, quoniam nimietas admittitur, comparatio non admittitur. Possumus enim dicere 'longe doctior', non possumus dicere 'ualde doctior' et 'tam doctissimus' (*Γ′ b f V*

4. *Differtum (*ν c ζ*)] Plenum (*Γ′ b f c ζ*

5. § Hoc iter (*ν c*)] Idest ab urbe usque ad Appii Forum biduo uenimus, cum argutiores uno die solent uenire (*Γ′ b V c ζ*

6. § Grauis est (*c ζ*)] Appia uia non est molesta tardioribus, quia habitaculis frequentatur, ubi possunt manere, quocumque peruenerint (*Γ′ b f V c ζ*

8. *Indico b. (*ν c*)] Non illi do alimenta, idest quoniam aqua mala erat, non cenaui (*Γ′ b f c ζ*

9. *Iam nox (*c*)] Aspergere umbris terras (*Γ b f c ζ*

13. *Aes exigitur (*ν*)] Naulum datur (*Γ′ b f*

Mula enim iungenda erat, quae contra aquam nauigium traheret (*Γ′ b f V*

14. *Tota abit hora (*c*)] Maior pars noctis absumpta est (*Γ′ b f c ζ*

*⟨Culices⟩] Tintinialas dicunt plebei (*Γ b*

*Ran⟨a⟩eque palustres (*ν*)] Quia ab Appii Foro per paludes nauigatur, quas paludes Caesar deriuauit ad mare (*Γ′ b f*

3 brundusium *r* 4 ΠΗΡΙΟΔΟC *r* peridiosus *ν* periodos *cett.* 5 Egressus roma et egressus romam dicimus *c ζ* 13 forum appii *c ζ* appi *γ* 14 soleant *c ζ* 19 idest — cenaui] fame ieiunaui quia aqua mala erat *c ζ* 21 terram *c ζ* 27 tintinialas *b*] tintimalas *r ut uid.* cincinialas *γ*

16. *Vappa (*v*)] Malo uino (*Γ′b*

§ 'Prolutus' plenus; ut Virgilius (*Aen.* I 739):

Pleno se proluit auro (*Γ′b f Vcζ*

Nauta autem in naui, uiator uero qui mulam ducebat (*Γ′b f V*

18. § Ordo: ac missae pastum mulae retinacula nauta saxo ligat (*Γ′f Vcζ*

Nauta enim est, licet curam mulae habeat susceptam, quia in naui inseruat (*Γ′f V*

21. *Cerebrosus (*vcζ*)] Ὀξύχολος, iracundus (*Γ′fcζ*

22. *Ac mul⟨a⟩e (*cζ*)] Idest et mulae lumbos et nautae caput ferire coepit (*Γ′b f c*

24. *Ora manusque (*c*)] Ostendit ubi essent expositi (*Γ′b cζ*

§ Fanum Feroniae est in tertio miliario a Tarracina. Haec est Iouis Anxuris uxor, cuius et Virgilius meminit (*Aen.* VII 800):

Viridi gaudens Feronia luco.

Anxur autem Iuppiter Tarracinae colitur (*Γ′b f Vcζ*

25. *Repimus (*vc*)] Processimus (*Γ′cζ*

25. 26. § Atque subimus (*cζ*)] Idest ad Anxur uenimus ciuitatem, quae posita est super monte candente. Declinatur [autem] genere neutro: hoc Anxur (*Γb f Vcζ*

26. § Anxur (*v*)] Tarracinam dicit; Anxur autem dictum, quia ibi inberbis Iuppiter colitur (*Γ′f Vcζ*

2 ut *γcζ*] *om. v* et *rb f V* 6 nauta s:] nauitas exo *V* 7 ligat] religat *cζ* 8 nauta — curam] *om. V* 9 inseruat *K. coni. Stat. Theb.* X 886: inseruante nouerca, *uid. stud. Vindob.* 1901 *p.* 110] inseruit *Γ′f V* 10 οξάχολος *γ* ΟΖΑΧΟC *v om. rfcζ* 11 *huius scholii textum et sequentis lemma om. ζ* 15 est *om. V* terracina *cζ* 19 terracine *cζ* 20 procedimus *cζ* 22 montem candentem *cζ* 23 declinatur *γb f*] declinatur autem *r* ac (hac *c*) declinatur *cζ* acclinatur *V* genere neutro *rf V* neutro genere *γbcζ* 24 dicit] dixit *ζ om. c* 25 inherbis *vf* inberbis *cett.*

27. 28. M⟨a⟩ecenas optimus atque Cocceius (*V*)] Cocceius Nerua proauus Neruae fuit, qui inperauit Romae (*Γ'bfV*

§ Cocceius Nerua, auus Neruae, qui postea inperauit, mandauit Augusto, ut mitteret, qui de summa rerum tractaret (*Γ'bfVcζ*

§ Ergo missus est M⟨a⟩ecenas cum Agrippa, qui utrumque exercitum in una castra coegerunt. Hoc Liuius libro CXXVII (*Γ'bfVcζ ex Porph.*

§ Intellegendum autem, quod Fonteio misso ab Antonio Augustus M⟨a⟩ecenatem et ceteros ad eundem locum miserit (*Γ'fVcζ*

28. § Missi magnis de rebus uterque (*ζ*)] De reconciliatione missi erant legati ab Augusto ad Antonium, qui postea bellum ciuile gesserunt (*Γ'bfVcζ*

*Iam tunc enim [Augustus et Antonius] dissentire c⟨o⟩eperant (*Γ'cζ*

29. § Auersos soliti componere amicos (*c cons. Vζ*)] Quoniam adhuc inter Augustum et Antonium reliquiae erant dissensionis (*Γ'bfVcζ*

32. § Fonteius (*c*)] Ad unguem facti homines dicuntur, qui sunt urbani, qui sunt eloquentes, qui sunt dicaces, qui non habent uitium (*Γ'fVcζ*

§ Translatio a marmoribus, quorum iuncturae explorantur unguibus (*cons. Porph.*). Persius (1, 64. 65):

Vt per leue seueros
Effundat iunctura ungues?

Virgilius (*georg.* II 277. 278):

In ungue
Marmoribus positis secto uia limite quadret

(*Γ'bfVcζ*

2 inperauit *γ*] imp: *cett.* 4 inper: *γb*] imper: *rνV cons. f* imperauit romae (rome) *cζ* 16 aug: et ant:] *om. cζ* cesar et antonius *r* 19 adhuc] *om. cζ* 24 explorantur unguibus *γ*] unguibus explorantur *cζ* explorantur ut *V* explorantur *cett.* 27 eff: — quadret] *defic. b* ungues] unguis *V pr.*

33. *Alter amicus (*v*)] Vt non inueniretur, qui magis esset amicus Antonii (*Γ′bcζ*

34. *Praetore (*v*)] Praetorem pro magistratu dixit, hoc est duumuiro (*Γ′bcζ*

*⟨Fundos⟩] [Fundus] nomen oppidi, quod numero plurali dixit tantum (*Γ′fcζ*

35. Scrib⟨a⟩e (*v*)] Qui ante scriba fuerat, aut pro magistratu (*Γ′(rfv)V*

§ Aliter: quia de ⟨de⟩curia scribarum fuerat (*cons. Porph.*) et hoc pro praemio fuerat consecutus, ut magistratus esset (*Γ′(rfv)Vcζ*

36. *Clauum (*v*)] *Τὸν κολοβίωνα*, purpuram, quae in pectore extenditur senatorum (*Γ′bfcζ*

37. In Mamurrarum (*v*)] In Formias ciuitatem, quia Mamurrae quidam fratres dicebantur senatores, qui maximam partem Formianae ciuitatis possidebant; ideo dicebatur Mamurrana ciuitas (*Γ′bfV*

§ Mamurrarum, ut Lamiarum, familia fuit, quae a Formiis originem duxit (*Γ′bfVcζ*

38. *Domum (*v*)] Hospitium; idest mansimus apud Murenam, cenauimus apud Capitonem (*Γ′bcζ Porph.*

§ Capitone c. (*c*)] Culina dicta est coquina, quod ibidem di Penates colantur. Aliter: culina idest cocina ab eo, quod culiat carbones (*Γ′bfVcζ*

41. *Candidiores (*c*)] Pulchriores (*Γ′bcζ*

45. *Villula (*v*)] Quae est intra XVI lapidem a Capua (*Γ′bf ex Porph.*

46. § Et parochi (*vcζ*)] Parochi genus officii, solitum peregrinis sales et ligna praebere, et significat publicum cursum (*Γ′bfVcζ*

3 praetorem *om. bv* pretore *γ* 5 fundum *ζ* hi fundi *gloss. b* quod — tantum] *om. b* 7 p magistratus *V* 9 de decuria scribarum *Porph.*] de scribarum familia *ζ* de curia scribarum *cett.* 10 consequutus *f* 12 *τὸν κολ*: *om. cζ idem inserunt* pretextam 18 ut] et *rcζ* autem ut *b cons. f* 21 murenam] murrene uicum nam *cζ* 22 quod] quia *cζ* 23 di *V*] dii *cett.* cocina] coquina *vcζ* 29 salem *c* sal *ζ*

Parochi sunt, qui solent legatis causa rei publicae iter facientibus necessaria ministrare, publici muliones; *παρέχειν* est exhibere (*Γ′bfV cons. Porph.*

47. § Clitellas (*νcζ*)] Sagmas siue sellas, alii instrumenta, quibus animalia sternuntur, alii uncinos ligneos, quibus onera inponuntur. Et notandum tempore pro tempori (*Γ′bfVcζ*

Alii dicunt, quod ligna sint, idest uncini, quae super animalia posita hinc inde onera sustentant (*Γ′bfV*

49. § Crudis (*νcζ*)] Ad Virgilium retulit (*cons. Porph.*), qui difficile digerebat; dicebatur enim stomachum dolere Virgilius (*Γ′bfVcζ*

Aliter: crudis aut inperitis aut indigestis; nam qui stomachi dolorem patiuntur, tardius digerunt (*Γ′bfV*

51. § Caudii (*c*)] Caudium ciuitas Samnii (*Γ′bVcζ*
§ Caudi cauponas (*Γ′ cons. V*)] Lucanus (II 138):

Vltra Caudinas sperauit uolnera furcas.

Non longe autem est a Beneuento (*Γ′bVcζ*

*Locus est, qui sic appellatur: 'ad tabernas Claudi'; alii oppidum uolunt, alii tabernas (*Γ′b*

51. 53. § Nunc mihi paucis (*ν*) Musa uelim memores (*c*)] Quidam reprehendunt Horatium, quia de rixa dicturus petiuit auxilium Musae: stulte, nam oratorie hoc fecit. Quando autem de re leui dicturi sumus, attentum debemus facere auditorem propter leuitatem rei; uel etiam quia descripturus uiam suam non debuit praetermittere, quod in ea iucunde factum uidebatur, siue ludo poetico (*Γ′bfVcζ*

3 *παρέχειν edit.*] parexein *b* paraxein *γV* parechein *rνf* 4 s: s: s:] sangitias stellas *ζ* sagmas *rbfVc*] saginas *γν* 6 inpon: *γb*] impon: *rνVcζ* tempori] temperi *V* temporei *ζ* 8 uncinę *V* 13 inperitis *γV*] imp: *rνbf* 16 lucanus] *om. b* 17 uolnera *Lucanus*] uulnera *γcζ* ponere *rbfνV* 18 est] abest *cζ* 19 claudi] *sic hic Γ′b, nullus* caudi 22 quia] quod *cζ* 24 uili *b* 27 iuc:] *rνc* iocunde *γbfVζ* siue *cζ edit.*] sine *Γ′bfV*

53. Musa uelim (νc)] Eleganter quasi fantasia poetarum operis heroici, ut (*Verg. Aen.* VII 37):

Nunc age, qui reges, Erato,

et (*Aen.* VII 641):

Pandite nunc Elicona, deae,

et (*Aen.* XII 500):

Quis mihi nunc tot acerba deus? ($\Gamma' b f V$

54. §'Osci' Capuani, aut yronicos cuiusdam Osci ignobilis filius, unde obsceni figurate, ut (*Verg. Aen.* V 285):

Cressa genus, Pholoe,

et (*Aen.* VIII 114):

Qui genus? unde domo? ($\Gamma' b f V c \zeta$

Figurata locutio: Messi genus Osci sunt ($\Gamma' b f V$ *ex Porph.*

*Campanus erat, quia Campania Oscia dicta est, sed 'nobilis Osci' irridens ait; sunt ⟨eni⟩m ore infames ($\Gamma' b$ *gloss. V*

55. *Sarmenti domina (ν)] Hic libertum ostendit fuisse (*cf. Porph.*), licet postea decuriam acceperit ($\Gamma' b$

58. Caput et m. (ν)] Deridet illum, quia commouit caput, et ait: o si non esses mutilatus praesecto cornu de sinistra parte frontis, quid faceres? Quomodo minitaris ut taurus? ($\Gamma' b f V$

62. Campanum in morbum ($\nu V c$)] Aut oris foeditatem aut arrogantiam. Dicuntur enim Campani et foedi esse et arrogantes. Si foedi, accipimus κατὰ τὸ αὐτό ($\Gamma' b f V$

8 capuani] campani quia oscia (hostia ζ) campania dicta est $c \zeta$ yronicos *hic omn. codd., nisi quod* hermonicos *c, in* ζ *lacuna* 16 sed — infames] *om. c* 17 enim ore *K.*] more *codd.* mores *Hauthal* ore *Porph.* 25 f: dicit *b f*

§ Aliter (*ut Porph.*): Campani, qui Osci dicebantur, ore inmundi habiti sunt, unde etiam obscenos dictos putant, quasi oscenos. An ideo dixit Campanum in morbum, quia Campani morbum dicacitatis patiuntur? (*Γ′bfVc om. ζ*

64. *Aut tragicis (*ν*)] Quia longus erat (*Γ′bf*

65. 66. § Donasset iamne[c] catena⟨m⟩ (*ζ*)] Solebant pueri, postquam pueritiam excedebant, dis Laribus bullas suas consecrare (*cons. Porph.*), similiter et puellae pupas. Modo ergo ridens interrogat, si consecrasset catenam, qua fuerat ligatus quasi seruus (*Γ′bfVcζ*

§ Bullas nobiles senatores gestabant, quas adulti diis Penatibus consecrabant, hic, quia seruus, catenam (*ΓbfVcζ*

Hoc quasi in seruum conuitiose. Nam qui togam sumunt, solent bullam Laribus donare; et eleganter catenam ait, idest compedes, quasi seruus, quia pueri bullas donabant Laribus, puellae pupas (*Γ′bfV*

Catenam (*ν*)] Quasi simiam uoluit notare, ideo ‘catenam’; aut quia seruus, aut quia breuis ut simia (*Γ′bfV*

66. *Scriba quod esset (*ν*)] Non quia scriba factus es, ideo amisisti conditionem seruilem (*Γ′bcζ*

67. *Domin⟨a⟩e ius (*cζ*)] Significat eum seruum fuisse (*Γ′bfcζ*

72. *⟨Arsit⟩] Frigit, assat (*Γ′b*

74. *Lambere (*c*)] Vt (*Verg. Aen.* II 684):

Lambere flamma comas (*Γbfcζ*

77. *Montes notos (*ν*)] Bene dixit notos; Apulus enim fuit siue Venusinus (*Γ′bfcζ*

1 aliter] *om. bfc* 3 an ideo] aut ideo *ν* aut uero *c* 8 dis *γνV*] diis *rbfcζ* 10 pupas *rνVc*] puppas *γbfζ* 13 hic] sic et hic *cζ* 15 conuiciose *bfV* 18 puppas *γbf* pupas *cett.* 22 factus es (est *ζ*) scriba *cζ* 23 condicionem *b* 24 significat] ostendit *cζ*

78. § 'Torret' incendit, quia nimio calore flans penitus illam regionem exsiccat. Vnde et pestiferus dicitur esse, idest grauis. Atabulus autem nomen uenti, *ἀπὸ τοῦ τὴν ἄτην βάλλειν*. idest pestilentiam (*Γ′bfVcζ*

*⟨Atabulus⟩] Qui uulgo Atabus dicitur, uentus feruentissimus in Apulia (*Γb*

79. § Erepsemus (*v*)] Transissemus pro erepsissemus (*leg.* Pro erepsissemus: transissemus) siue p⟨a⟩ene transissemus, et est figura detractio (*Γ′bfVcp*

§ Triuici (*Vc*)] Oppidi in fine Campaniae (*Porph.*), quo uehicula iuncta accedere nequeunt, ideoque Horatius ad uillam deuertit (*Γ′bfVcζ*

Aliter: hoc Triuicium prope Apuliam est (*Γ′bfV*

81. *Vdos (*vcζ*)] Vmidos, uirides (*Γ′bfcζ*

*Vrgente camino (*v*)] Idest accepit nos cum summo fumo, quia ibi urebantur rami (*Γ′bfcζ*

83. *Somnus tamen aufert (*c*)] Illam expectationem; et habundat tamen (*Γ′bfcζ*

84. *Intentum u. (*c*)] Expectantem uenerem (*Γ′bfcζ*

87. § Quod uersu dicere non est (*vζ*)] Quia Equum Tuticum dicebatur oppidum et non poterat in uersu suo ponere huiusmodi nomen (*ex Porph.*), ac per hoc signis utitur, quibus indicet ipse, quod uellet. Ita autem 'dicere non est' ut dicimus: 'soluendum non est' (*Γ′bfVcζ*

2 pestiferus *Γ′fV*] pestifer *bcζ, cf. Celsus* II 6   3 idest *r*] et *cζ om. cett.*   4 *ἀπὸ τοῦ τὴν ἄτην*] ΑΠΟΤΟΤΗΝΑΤΗΝ *ΓV* ΔΠΟΤΟΓΕΝΑΤΗΝ *v* apotontenaten *bf, lacuna in cζ*   *βάλλειν*] *recte r* BUΛΛΗΙΝ *γ* BVΔΔΗΙΝ *V* ΒΟΛΛΗΜΙΝ *v* bolasin *bf, lacuna in cζ*   5 atabus *γb*] atabulus *r*   uentus — apulia] *om. b*   feru: *r Porph.*] fortissimus *γ*   12 deuortit *V*   13 aliter] *om. γ*   hoc triuicium *bf*] hoc triciuium *Γ* triciuium hoc *V* triciuium *v*   prope apuliam est] est prope apuliam *bf*   14 umidos *rbv* ʰumidos *f* hum: *γcζ*   uirides] *om. ζ*   15 summo *cζ*] *om. cett.*   18 et — tamen] *om. b*   abundat *cζ* hab: *cett.*   20 uersu] *om. ζ*   dicere] dic *v om. ζ*   ęquum *V, item Porph., sed uide Mommsen unterit. Dial. p.* 304   21 tuticum *v*] tuticium *Γf* tucium *bV* tutium *c* tuum *ζ*   23 quibus — uellet] *om. cζ*   24 soluendum *γ*] soluendo *cett.* -ando *f*

*Hoc Vitusium dicitur (*gloss. codicis Hor.* μ = *Montepessul.* 425

*Scilicet Euticinium (*gloss. codicis Hor.* ν = *Paris.* 8213

88. *Venit (*v*)] Venditur, distrahitur (*Γ′b*

*Quia apud Equum Tuticum aquae est inopia (*Γ′bcζ*

89. Vltra] Post Equum tuticum (*Γ′bfV*

91. ⟨Canusi⟩] Oppidum Canusium, aduerbialiter Canusi (*Γ′bV*

§Apud Canusium, oppidum Apuliae, lapidosus est panis. Hac de causa ab Equo Tuticio emitur panis; similiter et ibi aqua deest, ut in Equo Tuticio (*Γ′bfVcζ*

94. §Inde Rubos (*v*)] Nomen oppidi. Hinc putant dixisse Virgilium (*georg.* I 266):

Rubea texatur fiscina uirga (*Γ′bfVcζ*

96. *Postera tempestas (*bζ*)] Posterum tempus, postera dies, status caeli, hoc est: altero die serenum fuit caelum (*Γ′bcζ*

⟨Via peior⟩] Post pluuiam enim alio die iter est incommodum; nam pluuia nondum infusa terra tolerabilior est (*Γ′bfV*

97. §Bari moenia (*v*)] Ciuitas est, quae Atbaris dicitur hodieque, ut dixit grammaticus Theotistus (*Γ′bVcζ*

Aliter: ciuitas Apuliae, quae appellatur Barium (*Γ′bV*

98. *Lymphis iratis (*v*)] Quia eget aqua [uel quia habet salsam aquam aut amaram] (*Γ′bf cons. cζ*

5 in equo tutio *c* in eqututio *ζ* tuticum *v*] tuticium *b* tutium *r* tutitium *γ* 6 ultra *K.*] at *V* tuticum *f* tucium *rV* tutorum *v* tuticium *b* 7 opp: can: *Γ′b*] canusium oppidum *V* aduerbialiter canusi *ΓbV*] canusi adu: *v* 9 *cf. fragmenta Bobiensia = gr. Lat. VII p. 543 Keil:* 'Canusium oppidum est Apuliae' 10 ab] de *cζ* equo *hic omn.* tuticio *bV* tutitio *γ* tucicio *f* tuttio *v* tutio *rcζ* 11 tuticio *bf*] tutitio *γv* tucio *V* tutio *rcζ* 12 n: o:] oppidum est italie *cζ* hinc putant d: u:] uirg. *cζ* 14 fiscina *c Verg.*] fascina *ζ om. cett.* 15 post: tempus] *om. b* 16 altero — caelum] serenitas *cζ* 21 ciuitas est quae (que *c*) *cζ*] barium nomen oppidi quod *b* quae *cett.* atbaris] ad baris *c* albaris *ζ* 24 eget aqua] aquas non habet *cζ* uel — amaram] *om. cζ*

§ Dedit r. q. i. (*c*)] Risimus, inquit, quod audiuimus apud Gnatiam in aris sine flamma tura consumi (*Γ′ b f V c ζ*

100. § Iudeus Apella (*ν*)] Finxit nomen, quasi sine pelle, aut certe Apella [circumcisus Apella], qui praeputium non habet (*Γ′ b f V c ζ cons. Porph.*

101. *Nam Epicur⟨e⟩us erat; ideo dixit deos non curare mortalia (*Γ b f c ζ*

*Lucretius de deo (I 61):

Nec bene promeritis capitur nec tangitur ira (*Γ b f*

§ Dogma Epicureorum. Vt poeta (*Verg. ecl.* 8, 35):

Nec curare deum credis mortalia quemquam

(*Γ′ b f V c ζ*

103. *Tristes (*c ζ*)] Sollicitos (*Γ b f c ζ*

*Ex alto tecto (*ν*)] Plautus in Amphitrione (III 1, 3):

In superiore qui habito cenaculo;

sunt autem uerba Iouis (*Γ′ b f*

104. *Finis chartaeque u. est (*ν*)] Idest et carminis mei et finem uiae fecit Brundisium (*Γ′ b cf. Porph.*

SERM. 6

1. § Non quia M⟨a⟩ecenas L. q. E. (*ν*)] Vt (*carm.* I 1, 1):

M⟨a⟩ecenas atauis edite regibus (*Γ′ b f V c ζ*

2 sine flamma *b*] sine flammas *ζ* fines lamma *γ* flamma sine *r ν V* flammas sine *c* flamina sine *f* 4 circumc: ap: *om. c ζ* 6 non curare deos *b f* 10 dogma] est autem dogma *f* est autem docma *b* secundum dogma *c* sed dogma *ζ* 13 sollicitos *Γ′ b f*] seueros in scrutando soll: *c* in excutrando soll: *ζ* 17 cartheque *ν* 18 brundisium *γ b ν*] brundusium *r*

§ M<a>ecenatem alloquitur, candorem animi eius commemorans, qui generosos atque humiles absque discrimine accipiat (*Γ′ b f V c ζ ex Porph.*

*Lydorum (*ν*)] Pro 'Tyrsenorum' (*Γ′ b*

*<Etruscos>] Deest habes (*Γ′ b c ζ*

1. 2. § Lydi quondam Tusciam possederunt (*cons. Porph.*), a quibus originem M<a>ecenas trahebat. Sensus hic est: non te, inquit, extollit nobilitas gentis et sanguinis, ut despicias eos, qui ex infimis nati sunt, sciens, quod non genus in homine, sed uirtus in homine quaerenda est (*Γ′ b f V c ζ*

§ Non quia habes Etruscos fines, quos incoluit, quicquid Lydorum fuit, nec ideo quia nemo te est generosior, neque quia nobilis es, ideo derides ignobiles et libertinos (*Γ′ b f V c ζ*

3. § Auus (*ν*)] Nec ideo, quod imperauit pater tuus et auus, irrides ignotos pauperes uel ignobiles (*Γ′ b f V c ζ*

5. § Nec ignoti tibi fastidia afferunt, quod uulgo sannam dicunt (*Γ′ b V c ζ*

§ Suspendis (*ν b c ζ*)] Spernis, subsannas, fastidis, idest non irrides. Nouimus enim, quod, qui irrident homines, sannas faciunt (*Γ′ b f V c ζ*

8. § Dum ingenuus (*ν c ζ*)] Idest dummodo ingenuus sit; ingenuus ad probitatem morum pertinet (*Γ′ b V c ζ*

§ Hoc tibi uere (*ν*)] Recte hoc tibi persuades, o M<a>ecenas, quod ante imperium Tulli, qui unus ex septem regibus, seruili tamen genere, fuerunt alii multi ignobiles, sed uiri boni et uitae optimae. Sensus hic

1 candorem *Γ′ V c ζ*] benignitatem *b f* 4 tyrsenorum *ν*] tirsenorum *γ b* tirrenorum *r* 6 lydi *r Porph.*] lidi *γ ν b f V c ζ* possederunt *b f c*] possiderunt *Γ′ V ζ* 8 extollit *b f ζ*] extulit *Γ′ V* extollit *c* 13 nec ideo quia nemo est te generosior *c ζ* ideo nemo te (ne mente *r ν V*) est generosior *cett.* 16 *hoc schol. cum antecedente iungunt c ζ* quod] quia *ν* 18 ignoti *b c ζ*] ignoto *Γ V* ignito *ν* 21 quod] quia *c ζ* 23 idest] *om. c ζ* 24 moris *c* amoris *ζ* morē *V* 25 recte — uitae] *absciss. b* recte] recte inquit *c ζ*

est: recte hoc sentis: non nobilitatem magni pendis, sed uirtutem (*Γ' b f V c ζ*

9. § Ante potestatem (*c*)] Sensus est: non solum Tullium, sed et alios multos ex ignobili genere claros fuisse (*Γ' f V c ζ*

*Fuit autem Tullius Tarquinii Prisci Lucumonis seruus captiua natus (*Γ' f c ζ*

12. § Contra Leui. (*ν*)] Iste Leuinus, qui originem ducebat a Valerio Publicola (*cons. Porph.*), qui pepulit de ciuitate Tarquinium cum Bruto, semper contemptus est a populo. Si ergo populus, qui ducitur nobilitate et diuitiis, s⟨a⟩epe ignauos, quamuis nobiles, spernit, quid nos oportet facere? (*Γ' b f V c ζ*

[A Valerio Bruto siue Lucio Flacco originem ducebat Leuinus (*V*]

*Vnde (*c ζ*)] A quo ut (*Verg. Aen.* I 6):

Genus unde Latinum (*Γ b c ζ*

14. § Licuisse (*ν c ζ*)] A licitatione, idest ualuisse, aestimasse, quoniam omne, quod licet, ualet (*Γ' b V c ζ*

§ Et κατὰ κοινόν: persuades hoc tibi recte (*Γ' V c ζ*

§ Notante (*ν V*)] Iudicante, ⟨a⟩estimante (*Γ' V c ζ*

17. § Quanto nos, inquit, minus ad honores possumus peruenire, qui uulgo ignoti sumus, si etiam nobiles notantur a populo? Melius est ergo tuo iudicio placere, quam populi (*Γ' b f V c ζ*

18. § Nos facere (*ν*)] Nos qui sumus sapientiores populo, si populus recte iudicat, [populus] qui frequenter

6 lucumonis *c*] lucomonis *ζ* lucubonis *Γ' f* 7 captiua natus] *om. c ζ qui addunt:* de quo uirgilius: Ocia qui rumperet (rumpet *Verg.*) patriae residesque mouebis (mouebit *Verg.*) tullus in arma uiros = *Aen.* VI 813. 814 8 iste — publicola] Iste leuinū qui originem ducebat aualerio · bruto · sine lucio · flaco · ł aualerio publicola *f; in b plurima aut abscisa sunt aut euanuerunt; habemus:* siue lucio flacco //// lerio publicola 12 et — facere] *om. ζ* et *b f c*] *om. cett.* 14 siue lucio flacco *K.*] scio flacco *V* *L. Valerium Flaccum a.* 63 *a. Chr. praeturam gessisse constat* 27 populus *ante* qui *Γ V, om. ν b f c ζ*

errat, nos nonne debemus honorem merentibus quam nobilibus? (*Γ′bfVcζ*

19. § Nam esto (*c*)] Hoc quasi praecedente subiectione dicit, quasi aliquis dicat: magis debuit honorem accipere L⟨a⟩euinus, homo nobilissimus, quam nescio quis ignotus. Cui ita respondet: concedo, quod magis debuit populus mandare honorem Leuino nobili, quamuis ignauo, quam Decio ignobili, quamuis forti. Quare autem hoc concedo? Quia debet unusquisque contentus esse ordine suo. Et hic *βιωφελῶς* docet unumquemque debere sorte propria contentum esse (*Γ′bfVcζ*

20. Idest concedo, quod recte potuisset censor remouere me a senatu, cum non essem honesto patre natus (*Γ′bfV*

20. 21. *Censorque m. A. (*c*)] Hic est Appius, qui libertinos in urbanas tribus redegit (*Γ′bcζ*

22. § 'In propria pelle', in proprio ordine. Sumptum est autem ex prouerbio; nam non quiescere pellibus suis dicimus eos, qui humiliore loco nati maiora desiderant (*Γ′bfVcζ sim. Porph.*

23. § Sed fulgente (*cζ*)] Sed in fulgente curru gloria quae stat, illicit ad se tam ignobiles, quam nobiles. Et est alia subiectio: gloria, quae stat in curru fulgente, ita trahit homines, quasi ibi ligati sint (*Γ′bVcζ*

Sed fulgente (*ν*)] Sed dicet aliquis: gloria, quae in curru uehitur fulgente, non tantum nobiles ad se trahit, sed etiam ignobiles (*Γ′bV*

*Constrictos (*νcζ*)] Cupiditate plenos uel impeditos (*Γ′bcζ*

1 nonne] non *γV* 6 respondit *rf* respondet *cett.* 9 ordine — esse] *om. ζ*, *propter homoeoteleuton* 10 *βιωφελῶς*] piophelos *f* //iophelos *b*, *spatium relictum in c* 17 In propria pelle] *exhib. bf* m. pro *c om. cett.* 18 est autem] est *cζ* autem est *rb* 21 Sed] Aliter sed *b* 24 sint *rbcζ*] sunt *γνV* 25 dicit *γ* 28 uel imped:] *om. b* īpeditos *γ*

24. § Quo tibi Tilli (*νcζ*)] Iste Tillius senator fuit ante et remotus est a senatu per Caesarem quasi Pompeianus. Occiso Caesare recepit [senatoriam] suam dignitatem, fuit autem ignobilis (*Γ′ b f V c ζ cons. Porph.*

Tibi autem tribuno dixit, quia recepto ordine senatorio factus est tribunus militum (*Γ′ b f V c ζ*

25. Fierique tribuno (*ν*)] Figurate per datiuum (*ut Porph.*), ut supra (*s.* I 4, 39):

Dederim quibus esse poetis (*Γ′ f V*

27. § Nam ut quisque insanus (*νc*)] Ignobilis et cupiens senatoriae dignitatis (*Γ′ b V c sim. ζ*

§ Nouus senator, qui cupit rem incommodam, unde pateretur inuidiam et exponeretur maledictis materia lacerandi; et hic notat eos, qui uolunt appetere honores, quos non habuerunt sui maiores (*Γ′ b f V c ζ*

§ Impediet (*ν*)] Ligauerit (*Γ′ b V c ζ*

§ Impediit (*ζ*)] Circumdedit medium crus: ideo dixit, quia altiores sunt calcei senatorum (*Γ′ b V c ζ*

28. ⟨Pellibus⟩] Calciamentis, zangis (*Γ′ b V*

*Ocreis (*f*

*Dimisit (*leg.* demisit) pectore (*cζ*)] Media parte corporis (*Γ′ c ζ*

29. *Quis homo ⟨hic⟩ (*ν*)] Aut inquirentium est aut exprobrantium hic sermo (*Γ′ b c ζ*

30. § Vt siqui ⟨a⟩egrotet (*νcζ*)] Aegrotare morbo dicuntur hii, qui habent aliquam cupiditatem, quia omnis cupiditas aegritudo est (*Γ′ b f V c ζ*

Barrus iste cupiebat se uideri formosum. Significat autem quendam adulterum in stupro Aemiliae uirginis Vestalis ante damnatum (*Γ′ b f V ex Porph.*

1 tulli *ν* t. *c* tulle *ζ*   tullius *νc* tullus *ζ*   3 suam] senatoriam *c* senatorem suam *ζ*   dignitatem suam *r*   9 poetis *γf*] potis *ν* poetas *rV*   13 inuidiam — lacerandi] *om. cζ*   18 calcei *bν*] calces *ΓVcζ*   19 calciamentis] *om. γ*   zangis] *om. V*   25 si quis *cζ*   26 hii *,V*] hi *cett.*   28 uarrus *ν*   se uideri formosum *γbf* se uideri *V* se formosum uideri *r* formosus uideri *ν*   30 damnatum *γb*] dampnatum *cett.*

31. § Et cupiat f. (*ν*)] Quemadmodum, siquis habet studium moechandi et uoluerit uideri formosus, inicit puellis curam interrogandi, quali iuuenis facie sit, quali dente, quali capillo: ita et is, qui promittit se curaturum de re publica, facit homines qu⟨a⟩erere de parentibus suis (*Γ′ b f V c ζ*

34. Sic qui promittit (*ν*)] Idest qui accipit senatoriam dignitatem. Nam qui accepit dignitatem senatoriam, uidetur sibi promittere curae esse patriam (*Γ′ b V*

§ Sic qui promittit (*c*)] Ordo: nam siqui promittit ciuis et urbem et cetera sibi curae, cogit omnes mortales de se curare et eius natalibus, sicut insanus habitu nouo, et qui uult uideri pulcher (*Γ′ b f V c ζ*

38. Tune, Syri, Damm⟨a⟩e (*ν*)] Tu, o nescio qui ignote, curam uelis habere rei publicae? (*Γ′ b f L V, aliter c ζ*

§ ⟨Syri Dammae aut Dionysi⟩] Ignobilium quorundam de Syria.

Damma nomine ignobilis.

Et quasi unus e populo uerba ad eum faciat, qui ex genere humili ad honores imperiumque peruenerit (*Γ′ b f L V c ζ*

38. 39. § Audes d. (*ν*)] Sensus: tu qui [de] libertinis es parentibus, audes tribunatum administrare? (*Γ′ b L V c ζ*

Tribuni enim dampnatos capite saxo Capitolino praecipitabant (*Γ′ b f L V ex Porph.*

*Damma quidam abiectus negotiator fuit (*Γ′ b f*

39. § Cadmo (*ν*)] Cadmus fuit carnifex (*item Porph.*) notae crudelitatis; damnati autem de Tarpeio

2 formosus uideri *ν*   3 quali iuuenis *c ζ*] quam iuuenis *r* qualis iuu: *cett.*   8 ⟨senato⟩riam *b*, *cett. om.*   11 ciuis *ν f V*] ciues *Γ c ζ*, *abscis. b*   et cetera *Γ V*] cętera *b* et ess& *ν* esse *c ζ om. f*   19 faciat] facit *ν c ζ*   22 de *Γ L om. ν b f V c ζ* libertinus *c ζ*   25 dãn: *b L*] dapnatos *V* dampnatos *cett.* 29 cr⟨ud: — saxo⟩ monte *b*   damnati *r ν L c*] dampnati *γ f V* dannati *ζ*, *defic. b*

saxo praecipitabantur [a tribunis, unde etiam Iugurtha traditur deiectus] (*Γ′bfLVcζ*

40. At Nouius (*ν*)] Subiectio, idest quare non appetam senatoriam dignitatem, cum habeam collegam in ordine equestri libertum? (*Γ′bfV*

*Quasi respondentis uerba (*Γ′bfcζ gloss. V*

*Est autem ypophora ex persona filii Dammae (*Γ′bfgl. V*

Gradu p. m. (*ν*)] XIIII ordinibus, quod fuerat ⟨equestris⟩ dignitatis (*Γ′bV cons. Porph.*

41. §Namque i. (*c*)] Idest eques Romanus siue liber, ad personam suam poeta (*Γ′fVcζ*

*Ideo, hac ratione. Rursum interrogantis modo Horatius (*Γ′bfcζ*

41. 42. §Hoc tibi (*νcζ*)] Paulus et Messala optimi fuerunt illius temporis aduocati, et Nouius, quamuis garrulus, uocis tamen gratia p⟨a⟩ene exertius agere uidebatur (*ex Porph.*). Sensus ergo hic est: ideo tu uideris tibi Paulus et Messala esse, quia Nouium uno gradu praecedis? Aliis placet Nouium praeconem fuisse et uocis merito patrimonium adquisisse, ut sit sensus: hoc tibi ergo uideris Messala et Paulus, quia praeconem praecedis? (*Γ′bLVcζ*

43. §Magna so. (*c*)] Aut magna cornua aut magna funera, aut magna sonabit pro ualde sonabit, ut Virgilius

1 saxo *Γ′ Porph.*] saxo monte *V* monte *bfcζ*; *ceterum in b ea uox quae ante* monte *erat excisa est; in γνL haec leguntur:* Cadmus fuit carnifex notae (note *ν*) crudelitatis · damnati (dampnati *γ*) autem de tarpeio saxo precipitabantur (p̄c: *νL*). Aliter (*om. γL*) damnati (dampnati *γ*) autem a tribunis de tarpeio monte p̄cipitabantur (prec: *ν*) · unde etiam iugurtha (iugurta *νL*) traditur deiectus *γνL* a — deiectus] *om. cζ* a tribunis *om. V* 3 subiectio — habeam] *om. V* 6 uerba sunt *cζ* 7 filii damae] damne *V* syri *b* siri *f* 8 fuerat] erat *b* 11 poeta] rettulit poeta *edit.* 16 pene (poene) *codd.* Paulo *edit.*, paulo *editores Porphyrionis* exertius *γν Porph.*] exercius *L* ex////ius *b* exercitus *rVcζ* 21 et] aut *νLV* 23 cornua — magna] *om. cζ* 24 pro ualde sonabit] pro magne *fcζ*, *om. r defic. b*

(*Aen.* VIII 489):

Infanda furentem (*Γ′bfVcζ*

44. § Saltem teñ (*v*)] Hoc solum est, inquit Horatius, quod indignationem nostram cohibet, Nouium in equestri ordine sedere, quod aduocatus est et uocis magnae; aut ipse Nouius ait clara uoce: saltem hoc stamus, qui, licet aduocati, tamen in XIIII ordinibus sumus (*Γ′bfVcζ*

§ Vel propter hoc nos delectet, quod est orator (*Γ′bVcζ*

46. *Rodunt (*cζ*)] Lacerant, malo eloquio mordent (*Γbcζ*

47. *Conuictor (*cζ*)] Pro eo, quod est conuiua (*Γbcζ cons. vFD*

47. 48. § At olim quod (*c*)] Sensus in his uersibus satis obscurus, uerum ratione hac potest fieri manifestus: forsitan tribunatus mihi inuidiam parere debuerit, quoniam fortunae bona merentur inuidiam, quia casu quodam etiam indigni perueniunt ad honores. Virtus uero carere debet inuidia; uerae enim uirtutis est et certi meriti M⟨a⟩ecenatis iudicio comprobari (*Γ′fVcζ*

49. Dissimile hoc illi est (*v*)] Honor forsitan non conuenit libertini filio, amicitia magni uiri quare non conuenit docto? (*Γ′bfV*

§ Quia non ut f. h. (*c*)] Idest non ita iure mihi inuident, quod sum tuus amicus et conuiua, quemadmodum iure fortasse inuident, quod fui tribunus. Nam ad amicitiam tuam non felicitate, sed merito perueni. Felicitati autem inuidendum est, non merito (*Γ′bfVcζ*

7 aduocati] aduocati nomen habeat *cζ* tamen — sumus] tamen in XIIII° gradu locatus est *c om. ζ* 8 uel] idest *c* adest *ζ*; *in cζ hoc schol. in principio antecedentis positum est* 10 malo eloquio] maliloquio *cζ* mordent] *om. cζ* 12 pro eo quod est] *om. vFD* 14 sensus est *cζ* 16 parere *rfvVζ*] parare *γc*; inuidiam parere *Ciceroniana locutio est* 24 idest] *om. cζ* iure] uere ł iure *V*

51. § Pr⟨a⟩esertim (*νbVζ*)] Cum sis cautus et peritus ad amicos eligendos (*Γ'bfVcζ*

§ Dignos a. p. (*cζ*)] Idest dignos amicos, qui sunt longe a praua ambitione (*Γ'bVcζ*

52. 53. § Casu quod t. (*ν*)] Idest neque casu aliquo, nec beneficio fortunae factus sum tibi amicus, sed beneficio meo (*Γ'bfVcζ*

56. § Singultim p. (*ν*)] Cum interuallo uerecunde interruptis uerbis, inpediente uerecundia (*Γ'bfVcζ*

57. *Infans n. p. (*ν*)] Qui fari non possit (*Γ'b cf. Porph.*

*Quoniam qui pudorem habet, non multum loquitur, ut infans (*Γ'bcζ*

58. § Non ego circum (*c*)] Ordo: non ego narro me circum rura uectari caballo Satureiano, idest Tarentino, quia Satureia dicta est Tarentina ciuitas (*Γ'bfVcζ*

§ Satureiani fundi in Apulia fertiles et equorum nobilium genitores (*Γ'bfVcζ cf. Porph.*

61. § Et reuocas (*ν*) nono post mense (*c*)] Vt (*Verg. ecl.* 1, 29):

Longo post tempore uenit.

Vt appareat diu exploratum ad amicitiam admissum displicere non posse (*Γ'bVcζ*

62. § Magnum hoc ego duco (*νζ*)] Idest gratum mihi erat, quod placui tibi non propter nobilitatem parentum, sed propter meritum conuersationis meae (*Γ'bfVcζ*

64. Sed uita et pect. (*ν*)] Quia dixerat: non patre praeclaro, ideo haec subiecit, quae amplius in se contineant, quam 'pater praeclarus' (*Γ'bfV*

3 idest] *om. cζ, defic. ν* 9 inpediente *γbV*] imp: *rfνcζ* 15 idest — ciuitas] *om. cζ* 19 ut — uenit *γbcζ*] *om. rνV; exciderunt fort. uerba* longo — ut *propter homoeoteleuton* 24 duco *om. ν* 27 quia] qua V

65. § Yperbaton tale: atqui si uitiis careo et probatae sum uitae, his bonis causa pater est (*Γ′bfVcζ*

Hoc est: si nobilitas non est, uel haec paterna sunt (*Γ′bfV*

§ Atqui si u. (*c*)] Ordo: etsi mediocribus et paucis uitiis reprehendenda est uita mea, attamen in quibusdam est laudanda (*Γ′bfVcζ*

67. § Egregio (*v*)] Comparat uitam suam formoso uultui asperso neuis (*Γ′bVcζ*

68. § At mala l. (*c*)] Lustra ferarum cubilia sunt, et quoniam meretrices lupae dicuntur, bene hoc nomine lupanaria appellauit. Et quare mala? Ad differentiam illorum, ubi praeda uidetur inclusa. Lustra non solum ferarum cubilia dicuntur, sed et popinae (*cons. Porph.*), in quibus scorta et inlecebrae libidinum (*Γ′bVcζ*

69. 70. § Purus et i. u.] Ordo: si neque auaritiam in me reprehendis neque tabernas et amicis meis carus sum, insons sum et innocens, ut me laudem (*Γ′bfVcζ*

71. § Causa f. p. (*vcζ*)] Harum rerum, harum uirtutum pater causa fuit, ut sim innocens et amicis carus (*Γ′bfVcζ*

§ Hoc est: quem alii pro ignobili obiciunt, ille haec contulit (*Γ′bVcζ*

⟨Macro⟩ pauper a. (*v*)] 'Quamuis' deest, ut sit: quamuis macro, idest sterili; siue angusto corpore stultum notat (*Γ′bV*

72. § Noluit i. ⟨F. l.⟩ (*c*)] Flauius quidam [siue Flauus] fuit illis temporibus cauculator (*Γ′fVcζ*

74. *Suspensi l. (*v*)] Ὑπαλλαγή: non ipsi suspensi, sed suspensos loculos habentes (*Γ′bfcζ*

1 atqui — est *om. ζ per neglegentiam* 9 neuis *Γ′bcζ*] *om. V* 10 at *etiam ζ* 14 et] etiam *cζ* 15 scorta sunt *cζ* sunt scorta *b* inlecebre *V*, *euanuit b*, illecebrae *Γ* illecebre *v* illecebra *cζ* 19 harum uirtutum harum rerum *V* 27 siue flauus *om. cζ* 28 illius temporis *r* cauculator *γvVf uar.*] calculator *rbfcζ* 29 ὑπαλλαγή] *lacuna in cζ* yπαΛΛαye *v* ypallage *cett.*

§ Tabulam (*νcζ*)] Buxum, in quo meditantur scribere (*Γ′ Vcζ*

75. *Octonos r. I. e. (*c*)] Nummos pro mercedibus, octonos asses aeris (*Γ′bcζ*

77. *Artes quas doceat (*c*)] Doceri faciat, ut (*Verg. Aen.* VII 283):

Nothos furata creauit,

idest curauit creandos (*Γbcζ*

79. § Siqui uidisset (*ν*)] Idest ita me honeste tractauit, ut, siquis me uidisset, putaret me a maioribus meis esse nobilem atque diuitem (*Γ′bVcζ*

81. § Incorruptissimus (*νc*)] Ad comparationem aliorum, qui interdum, ut luxurientur scolastici, donis solent suos corrumpere pedagogos (*Γ′fVcζ*

85. § Nec timuit (*c*)] Nec timuit, inquit, ne sibi pro uitio quis obiceret, si me ita instituisset, ut essem praeco aut coactor, quod ipse fuit, quia potuit non praestare sine reprehensione ⟨liberalia studia⟩ *Γ′Vcζ*

86. § Praecones dicebantur, qui stabant ad hastam et nuntiabant pretia allata; coactores autem mercennarii eorum, qui habebant argentarium. Sunt autem argentarii, qui habent summam rerum uenalium (*Γ′fVcζ*

§ Argentarium dicimus eum, qui habet summam oliuarum, a quo accipiunt forani, coactorem, qui exigit nummos a circumforanis. Aliter: coactores dicuntur argentarii in auctionibus qui pecunias cogant; ipsi sunt collectarii (*Γ′Vcζ*

3 octonis *c cons. ζ* 4 octonos *γνb*] octonas *rcζ* 5 doceri *rcζ*] docere *γb* 7 nothos *cζ*] natos *γb* notos *cett.* 9 idest *Γ*] Id *V* idem *b om. νcζ* 12 80—128: *FOLIVM VNVM DEEST in b* 15 Nec — obiceret] *om. Γ′V* 17 quia — studia] *om. cζ* 18 s: r: *Γ′*] aut coactorem *V* *suppl. K. ex P.*, *st. Vind.* 1901 *p.* 110 *sq.* 20 allata] ablata *cζ* oblata *edit.* mercenn: *Γ′ζ*] mercenarii *fVc* 21 argentariam *edit.*, *fort. recte* 23 oliuarum] diuitiarum *cζ* 26 qui in auctionibus *r*

87. § Ad hoc nunc (*c*)] Alii 'ad haec' legunt, ut sit ad haec, quae praestitit; alii 'ad hoc' (*num leg.* at hoc?) scilicet quod praestitit (*Γ′ Vcζ*

89. § Nil me p. (*v*)] Idest non me poenitet, quia patrem habui operarium et libertum, quia uir bonus fuit (*Γ′ f Vcζ*

§ Nil me p. (*c*)] Non me poenitet huiusmodi patris, et ideo non me defendam eo modo, quo solent homines sese defendere, quibus obicitur ignobilitas, qui dicunt non dolo suo neque uoluntate factum esse, ut ab istiusmodi parentibus nascerentur (*Γ′ f Vcζ*

93. § Nam si n. (*vc*)] Quodsi natura faceret aliquem a certo anno repetere uitam suam post mortem, et fieret illi potestas eligendi a fatis, quos uellet, parentes, contentus essem parentibus meis (*Γ′ f Vcζ*

95. § Ad fastum (*vcζ*)] Ad superbiam, ad nobilitatem, an ad eligendi fastidium, quod ex copia nascitur? (*Γ′ f Vcζ*

*⟨Parentes⟩] 'Parentum' inuenio (*Γ*

98. *Iudicio tuo (*v*)] Mire hoc, quia ipse eques permansit, contempto senatorio ordine (*Γ′ fcζ*

99. Molestum (*v*)] Quia reuera molestiam habent, qui a nobilibus nascuntur (*Γ′ f V*

100. § Maior qu⟨a⟩erend. (*v*)] Idest si adeptus fuissem maiorem dignitatem, multa mihi essent necessaria (*Γ′ f Vcζ*

104. § Petorrita (*vc*)] Genus uehiculi (*Porph.*); alii carpenta intellegunt, nonnulli (*cf. Porph.*) carrucas (*Γ′ Vcζ*

106. *Mantica (*v*)] Pera (*item Porph.*) uel auerta, sed magis onus intellegendum. Alii inuolucrum. Vel pera, quam dicunt bistaciam (*Γ′*

3 quod — 4 poenitet] ne me poeniteat *ζ* ne me peniteret *c* 4 idest *om. f* (poenitet *γ*) quia] qui *ζ* 5 libertum] libertinum *ζ* 7 (poenitet *γ*) 17 ad eligendum *cζ* 20 hoc] hoc dixit *cζ* eques *ΓfV*] equos *v* equester *cζ* 30 uel *v*] *om. Γ* 31 bistaciam *r*] bistatiam *γv*

§ Mantica c. l. (c)] Quia pauperes, cum insident iumentis, post se sarcinas habent ($\Gamma'(\gamma f \nu) Vc\zeta$

107. Obiciet n. s. (ν)] Illis enim obicitur ignobilitas, qui ex infimis orti se nobilissimos esse contendunt ($\Gamma' f V$

*Sordes ($c\zeta$)] Ignobilitatem ($\Gamma f c\zeta$

*Tilli (ν)] De quo superius dixerat (*u.* 24. 25):

Quo tibi, Tilli,
Sumere depositum clauum? ($\Gamma' c\zeta$

109. *Lasanum ($\nu c\zeta$)] Vas, in quo exoneratur uenter, idest quo uentrem purgamus, inuentum ad exquisita naturae ($\Gamma' c\zeta$

110. § Hoc ego (νc)] Idest hac re, quod non multi mihi sunt necessarii uel caballi uel calones uel comites, et multis aliis rebus commodius uiuo ($\Gamma' f Vc\zeta$

111. Milibus atque aliis (ν)] Idest si milia sunt senatorum, commodius me fateor uictitare; nam a milio, ut quidam putant, falsum est; nam numeri tantum singularis est milium ($\Gamma' f V$

*Libido ($c\zeta$)] Voluntas ($c\zeta$

113. § Fallacem forum dixit Suburam maiorem, in qua uespere furtiuae res semper uenundabantur (*cons. Porph., sed uocem* 'maiorem' *non exhibet*), et notandum, quia fallacem forum dixit ($\Gamma' Vc\zeta$

§ 'Circum' multi nomen uolunt, nonnulli (*ut antecedentis scholii auctor*) praepositionem; nam si nomen sit, eum locum Circi uidetur significare, in quo furtiuae res distrahuntur. An fallacem Circum propter Circenses incerti euentus, aut propter samardacum, qui circa metas

2 sese γ 9 s: d: c:] *om.* Γ' summe $c\zeta$ 11 exqu:] requisita *Pauly* 13 idest — necessarii] in hoc quod multa (multa quod ζ) mihi non sunt necessaria $c\zeta$ 17 nam (a milio) f] non $\Gamma' V$ 20 uoluptas ζ 21 forum $\Gamma' Vc\zeta$ *Porph.*] Circum *temere Hauthal* 22 uenūdantur (uenund: c) $c\zeta$ *cons. Porph.* 28 an $\Gamma Vc\zeta$] aut ν

solebat inducere? Illic enim et mathematici olim steterant ⟨et⟩ inperiti (*Γ′ f V c ζ*

Vespertinum forum dicitur, quod est regionum singularum proprium, ad quam meridianis horis usque ad uesperam regionantes uiciniores procedunt, ut sit pros antidiastolen ad matutina illa fora maiora et magis communia (*Γ′ f V*

114. *Diuinis (*ν*)] Aut sortilegis (*cons. Porph.*) aut samardicis (*Γ′ c ζ*

115. § Laganique catinum (*c*)] Lagana sunt de siligine quaedam factae, quasi membranae compositae, quas cum piperi et liquamine cocunt et sic comedunt (*Γ′ f V c ζ*

Catinum (*ν*)] Ad prandium uile siue moderatum (*Γ′ f V*

116. *Lapis albus (*ν c*)] Mensa marmorea, quam uocant Delphicam (*Γ′ c ζ cons. Porph.*

117. Echinus (*ν c*)] Vas in modum echini marini; alii lignum cum uncinis, in quo suspenduntur calices; alii dicunt uas, ubi lauantur calices; alii (*ut Porph.*) ampullam uitream (*Γ′ f V*

§ Astat echinus (*c ζ*)] Echinum dixit uas aeneum, in quo calices lauantur, quod modo triscele appellamus (*Γ′ f V c ζ*

118. *Gutus (*ν ζ*)] Scilicet gutus unguenti (*Γ′ c ζ*

1 et *om. c ζ* 2 inperiti *γ*] imp: *r ν om. f V c ζ em. K.* 3 uespertinum — communia] *om. c ζ et edit. uet., del. Pauly; eadem ut ineptissima respuuntur a Iordan, Topogr. der Stadt Rom II 215 sq.* quod *Γ′*] quia *f om. V* singularium *r*, singularum *cett.* 4 quam *Γ′ f V*] quod *edit.* 9 samardicis *r ν c*] samardacis *γ* smardicis *ζ* 10 lagana *Γ′ f c ζ*] lagane *V* 11 quaedam *γ f V*] quidam *ν* quadam *r c ζ* 12 pipere *γ f V* cocunt *r*] coquet *ζ* coquunt *cett.* 17 delph: *r c ζ*] delficam *γ ν* 19 alii dicunt — uitream] *om. r* 22 astat ech: *c ζ*] aliter *cett.* 23 app:] appellamus, alii ampullam uitream dicunt *c ζ* 25 guttus *c in lemm.* gutus] genus *c ζ*

§ Campana supell. (*ν*)] Fictilis uel uiminea uel (*ut Porph.*) aenea, quia in Campania dicebantur aeneae res optime fabricari (*Γ′ f V c ζ*

120. § Obeundus Marsia (*cζ*)] Statua in Rostris erat, ad quam solebant conuenire illi, qui inter se lites atque negotia componebant; nam ex statua locus nomen acceperat (*Γ′ f V c ζ*

Marsia dicitur locus in Rostris, in quo solebant esse accusatores, quia ibi antea causae agebantur (*Γ′ f V*

121. Idest minimi fratris Nouiorum, cuiusdam feneratoris et litigatoris (*Γ f V*

§ Nou⟨i⟩orum p. m. (*ν*)] Fratres Nouii, quorum minor ad locum, qui appellatur 'ad Marsyam', consueuerat obsonari (*Γ′ f V c ζ*

§ Hii autem Nouii fuerunt acerrimi feneratores, et iocatur de hac re Horatius. Ideo ait: puto Marsyam erectam unam manum habere, quoniam illorum feneratorum inpudentiam non potest sustinere; deinde quod ad statuam Marsyae uadimonium statuebatur (*Γ′ f V c ζ cons. Porph.*

122. *⟨Lecto⟩] Pro 'lectito' (*Γ*

123. *⟨Scripto⟩] Pro 'scriptito' (*Γ*

124. *Fraudatis (*c*)] Expilatis, euacuatis (*Γ c ζ*

125. *Sol acrior (*cζ*)] Calidior hora quinta (*Γ c ζ*

126. *Rabiosi t. s. (*c*)] Aestuosi; dicit autem dies Caniculares (*Γ cons. c ζ ex Porph.*

127. § Pransus non auide (*νc*)] [Idest] aestus causa tantum pransus, quantum me separat a ieiunio, quantum potest diem durare, hoc est: non multum pransus (*Γ′ f V c ζ cf. Porph.*

4 erat *om. c ζ*   10 fen: *γ f V*] foen: *r*   13 appellabatur *c ζ* ad marsyam] marsia *c ζ* ad marsiam (martam *V*) *cett.*   15 hii *r f V*] hi *γ ν c ζ*   fen: *γ ν V c*] foen: *r f* senatores *ζ*   16 marsyam *hic ν*] marsuam *r V* marsiam *γ f c ζ*   17 fener: *Γ c ζ*] foener: *ν f* uener: *V*   18 inpudentiam *γ f V*] impud: *r ν c ζ*   19 marsye *V* marsie *Γ′ f c ζ*   27 idest] *om. c ζ*   28 separat] separe *c* seperaret *ζ*   ieiunio] ieiuno *c ζ*   29 potest *V c ζ*] potes *cett.*

128. *Otior (*γνc*)] [Idest] in domo otiosus ago, fictum uerbum (*Γ′ b cons. cζ et Porph.*

129. *Misera ambitione (*νc*)] Quia omnis cupiditas praua miseros facit (*Γ′ b c ζ*

*⟨Grauique⟩] Quia grauiter afficit (*Γ c ζ*

SERM. 7

1. § Proscripti Regis Rupili (*νc*)] Rex Rupilius Praenestinus fuit. Iste post exilium praetor cum a triumuiris condempnatus esset, confugit ad Brutum et comes habitus est, ibique Horatium iurgio lacessiuit, ob quod amaritudinem stili sui in eum constrinxit. Proscriptus autem fuerat ab Augusto propter Brutum (*Γ′ b f V c ζ ex Porph.*

§ [Aliter] Publius Rupilius, cognomine Rex, Praenestinus, post exilium [belli ciuilis] commilito fuit Horatii in castris Bruti. Hic ⟨a⟩egre ferens, quod Horatius tribunus esset, s⟨a⟩epe illi ignobilitatem generis obiciebat. Idcirco hunc ex aliena persona lacerat (*Γ′ b f V c ζ*

Hic Rupilius Rex proscriptus fuerat a duumuiris, quoniam secutus fuerat partes Bruti et Cassii contra Augustum (*Γ′ b f V*

Rupili et Persi mores carpit occulte. Fuit enim illi et hic infestus commilito quondam (*Γ f V*

§ Item: describit Rupilii Regis cuiusdam mores, qui aliquando in Horatium iocculariter dixit, et Hybridae

1 idest] *om. cζ* 7 rupuli *ν* 9 condemnatus *cζ* comes] eius socius *cζ* 10 factus *b* habitus *cett.* 14 aliter *νf* item *r om. γVc* 15 exilium *Γ′ f V c ζ Porph.; b parum liquet; Hauthal* exitum; *equidem delere mallem* belli ciuilis, *nam non sunt apud Porph.* 18 nunc eum *cζ* hunc *cett.* aliena] *om. cζ* 19 rupilius — augustum] *euanuit b* 20 fuerat — augustum] *om. V* 24 mores *ν*] *om. ΓV* obiectionem *bf* iurgium *cζ*

Persii. Hybridae autem dicuntur proprie canes, qui nascuntur ex uenatico cane et gregario. Ideo et Hybrida dicebatur Persius, qui de matre Graeca natus fuerat et patre Romano (*Γ′bfVcζ ex Porph.*

*Pus atque u. (*c*)] Malignitatem atque liuorem (*Γcζ*

2. § Hybrida dicitur, qui habet Graecum patrem et matrem Italam; aut per contrarium Hybridam dicunt appellari, qui mixto genere sermonis loquatur Graece Latineque (*Γ′fVcζ*

§ Hybrida Persius ex diuersis parentibus natus (*Γ′bfVcζ*

§ Hybrida idest mixti generis hic Persius: nam Clazomenius fuit (*item Porph.*) patre Asiatico, matre Romana. Tractum est ab aquila, quae ex aquila et uulture nascitur. Translatiue ergo Horatius lacerauit Persium quasi semiromanum (*Γ′fVcζ*

3. *Lippis (*c*)] Otiosis sedentibus apud medicum (*Γcζ*

§ Tonsoribus (*V*)] Etiam tonsores, qui solent artis studio, et lippi, qui solent oculorum cura alieni esse a negotiis, sciunt, quomodo Hybrida Persius persecutus est malitiam Rupilii Regis (*ΓfVcζ*

4. *Negotia (*ν*)] Negotiator erat (*Γb*

5. *Clazomenis (*cζ*)] Apud Clazomenas, ciuitatem Asiae; et est aduerbium loci (*Γcζ*

6—8. § Allusit; etenim reges inuisissimi erant et nomen eorum propter memoriam Tarquinii execrabile; hunc quoque odiosum dixit (*ΓbfVcζ*

Confidens autem, inprobus; Terentius (*Phorm.* I 2, 73):

Homo confidens, qui illum dii omnes perduint

(*ΓfV*

11 hybrida — persius] *om. cζ* 13 uulture *edit.*] uulpe *codd.* 16 apud medicum *Γ*] *om. cζ* 18 artis studio] tartis studio *V* tardi esse studio *cζ* 21 rupilii *b*] rupili *f* persi *ΓV* publii *cζ* 24 est *Γ*] erit *cζ* 26 execrabile *rfcζ*] exsecrabile *γbV* 28 autem *γV*] *om. rf* inprobus *γV*] impr: *rf* 29 perduint *r*] perdnnt (*sic*) *V* perdunt *γf*

§ 'Odio' molestia, ut Terentius (*hec.* I 2, 59):

Cum istoc odio, Laches (Γ*f V c* ζ

Qui posset horrori plus quam Rupilius esse (Γ*f V*

8. § Sisennas (*c*)] Sisenna fuit illis temporibus maledicus et mordax (Γ′*b f V c* ζ

§ ⟨Barros⟩] Barri enim dicuntur maledici (Γ′*f V c* ζ

§ Idest adeo sermonis fuit maledici, ut Sisennas et Barros uideretur uincere et de his triumphare, qui et ipsi maledici fuerunt (Γ′*f V c* ζ

§ Idest erat adeo odiosus, ut de nobilissimis detractoribus triumphum ageret Persius Clazomenius (Γ′*b f V c* ζ

§ Vt equis (equus *V*) praecurreret albis (*b f V*)] Allegoricos, ut eum facile superaret, quia equi albi dicuntur esse nobiliores, sicuti laudat Virgilius (*Aen.* XII 84):

Qui candore niues anteirent, cursibus amnes

(Γ′*b f V c* ζ

9. *Postquam nihil inter utrunque (*c* ζ)] Idest postquam capitales inimici et inexpiabiles facti sunt (Γ′*c* ζ

10. *Conuenit (*c* ζ)] Transactum est (Γ*c* ζ

§ Iure molesti (ν)] Sensus: ita enim inter se mali homines decertant et nesciunt cedere, ut uiri fortes in bello (*ex Porph.*). Aliter: hoc sunt modo omnes molesti, quo hii, qui bellum contra se habent aequale, qui usque adeo dimicant uterque, donec uno superato alter uictor abscedat (Γ′*b f V c* ζ

2 istoc γ*fc*] isthoc *r* ist hoc *V* istac ζ 6 baros ζ *in lemm.*, u. *c* bari *c* ζ enim] quoque *f* 7 et] *om. c* ζ 8 uarros Γ *V cons. Porph.*] barbaros *f* baros *c* ζ triumphare] triumpharet *c* ζ qui — triumphum ageret] *omisit* ζ *propter homoeoteleuton* 11 triumphum ageret] triumpharet *c* 14 sicuti — uirg:] *om. r* sicuti γ*b f V*] sicut ν*c* ζ laudat] dicit *c* ζ 15 qui — amnes *c* ζ] *om. cett.* amnes *c* ζ] auras *Verg.* 17 idest] *om. c* ζ 23 hii *b f*] hic *V* hi Γ′*c* ζ et (*om.* ζ) quare quod *c* ζ aequale (equ:) qui *cett.*

11—21. Ordo est iste: postquam non potuerunt finiri causae eorum, in ius acres procedunt (*Γ′ b f V*

17. § Glauco (*ν*)] Glaucus enim confessus se uictum munus Diomedi misit arma sua aurea, et Diomedis aerea accepit. Aliter: Diomedes et Glaucus inimici fuerunt: Diomedes fortis, Glaucus ignauus et munera Diomedi misit, ut ab armis discederet (*Γ′ b f V c ζ*

19. *Par pugñ. (*ν*)] Metaphora a gladiatoribus; satis amare quasi de gladiatoribus (*Γ′ b f c ζ*

20. § Cum Bit⟨h⟩o B. (*c*)] Bithus et Bacchius gladiatorum nomina celebrata apud Suetonium Tranquillum (*p.* 280 *Roth. p.* 325 *Reiff.*), sub Augusto tamen (*Γ′ f V c ζ*

§ Idest melius pugnat in lite Rupilius et Persius, quam memorati gladiatores in pugna (*Γ′ b f V c ζ*

21. Spectaculum (*ν*)] Mire in metaphora, hoc est in translatione, perdurauit (*Γ′ V*

23. § Laudat Brutum (*ν*)] Rupilius Rex comes fuit Bruti. Solem ergo dicebat Brutum et comites eius alios stellas salubres, Rupilium uero Canicularem stellam, hoc est Sirium (*Γ′ b f V c ζ*

*Cohortem (*c ζ*)] Comitum cohortem, non militum (*Γ b c ζ cons. Porph.*

24. *Solem A. B. (*c*)] Virgilianum illud (*Aen.* II 281):

O lux Dardaniae (*Γ b c ζ*

26. 27. § Flumen ut hiberñ. (*ν*)] Idest ita ruebat eius oratio, quemadmodum torrens descendens de altis-

1 est *γ f V*] *om. r ν* iste *Γ′ V*] isti *b f* 3 enim *Γ′ V c ζ*] *om. b f* 4 diomedis *ν ζ*] diomedes *cett.* 5 accepit] sua *c om. ζ* 6 diomedi munera *c ζ* 8 metaphora *r f*] metafora *γ ν b V* methaphora *ζ* mathaphora *c* 10 bacchius *r*] bachius *γ ν f V c* 12 tamen *om. ed., non Γ′ f V c ζ* 14 pugnauit *c* pugnant *ζ* 15 in pugna] *om. c ζ exhib. cett.* 16 metaphora *Γ*] metafora *ν V* 22 com: coh:] com: scilicet *c ζ* 26 o lux *γ c ζ*] dux (= o lux) *r b* lux *ν f* 28 altissimo *c ζ cons. Porph.*] latissimo *Γ′ f V*

simo monte, 'quo rara securis fertur', hoc est ad quem montem raro uenitur praecidendorum gratia lignorum (*Γ′bfVcζ cons. Porph.*

§Fabula talis est: quodam tempore rusticus dum iuxta fluuium ligna caedit, casu securis eius in fluuium cecidit. Mercurius hoc de summo monte uidit, descendit ad rusticum interrogauitque eum, quid amisisset. Ille simplicitate sui ait: securim ferream perdidi. Mercurius leuauit auream, ille suam sibi reddi cupiebat. Conlaudauit eum deus et suam illi et auream condonauit. Alter agricola hac fama commotus iit ad fluuium, et dum se simulat ligna uelle deicere, securim in fluuium uoluntate proiecit. Similiter hoc supra dictus deus uidit, descendit, leuauit ferream. Ille auream se perdidisse fingebat; iratus deus et illam dimisit. Ita qui auream habere cupiebat, et suam perdidit. Ergo dicit modo poeta: sic iniuriam Rupili Persius irruebat, quomodo fluuius ille, qui raro habet aureas secures (*Γ′bfVcζ*

28. §Salso (*cζ*)] Idest de amaro et copioso ac maledico pectore protulit conuitia et remisit in Persium (*Γ′bfVcζ*

29. *Expressa arbusto (*vc*)] [Pro] pectore, allegoricos (*Γ′bcζ*

*Regerit (*cζ*)] Inuicem mittit σκώμματα (*Γcζ*

29. 30. §Bene perseuerauit in metaphora, quia arbustum pectus eius dixit; modo illum duro comparat uindemiatori (*Γ′bfVcζ*

§Vindemiator non dicitur, sed uindemator, et ni ita

7 ille] *om. cζ* 8 sui *Γ′f*] sua *bVcζ* securem *Vcζ* 10 illi et auream illi *V* 11 iit *r*] ut *γv* iuit *Vcζ* uenit *bf* 12 deicere] caedere *fζ* cedere *c* securem *ζ* securim *cett., hic etiam c* 13 uidit *γvbfV*] (dum . . .) uideret *r* uidens *cζ et edit.* 14 iratus] unde iratus *r* 16 iniuriam] in iniuriam *bf* 18 auream securim *cζ* 20 conuitia *Γ′ζ* comitia *c* conuicia *fV*, *euanuit b* 21 pro *om. cζ* 23 σκώμματα] *om. rcζ* 24 *hoc schol. post sequens pon. cζ addito* 'autem' *post* 'bene' 27 uindemiator . . . uindemator *Γ*] uindemiator . . . uindemiator *vfV* uindemator . . . uindemiator *bc* non — uindemator *om. ζ* (*solum* 'uindimiator' *exhib.*) non] autem non *bf*

dixeris, uersus non stabit. Hoc autem ipsa re nouimus, quod uiatores saepe ⟨a⟩ uindemiatoribus conuitiis aguntur, cum transierint, et illis reponunt, ita ut cuculos appellent, quasi pigros, et recitant hoc custodibus eo quod semper adsidant (*Γ′ b f V c ζ cf. Porph.*

31. § Magna c. u. c. (*c*)] Cuculus auis abiecta, quae hoc uitio naturali laborat, ut oua ubi posuerit oblita s⟨a⟩epe aliena calefaciat; unde rustici sibi obiciunt, quasi alieni foetus curam sustinentes (*Γ′ b f V c ζ*

Est autem et pigra, quae interdum pigritia, ne uolet, fame moritur (*Γ′ b f V*

34. § Qui reges c. t. (*ν*)] Aut propter Caesarem dixit hoc (*cons. gloss. Γ*), qui est interfectus in senatu a Cassio et Bruto, aut quia (*cons. Porph.*) originem ducebat a Bruto, qui pepulit de ciuitate Tarquinios (*Γ′ b f V c ζ*

SERM. 8

1. § Olim truncus eram (*ν c*)] Inducit Priapum, qui stat in hortis Esquilinis, dicentem non tam sibi laborandum in seruandis furibus quam ueneficis perferendis. Quomodo autem a corylo colurnus, ita a fico ficulnus deriuatio est (*Γ′ b f V c ζ cf. Porph.*

*Inutile (*ν c ζ*)] Ad nullos usus genitum (*Γ′ c ζ*

4. *Cohercet (*ν*)] Quia fustem tenens figuratur (*Γ′ (γ b ν) c ζ*

2 conuitiis *γ c* conuiciis *r b V* conuiuiis *ζ* cum uiciis *f* agantur *c ζ* aguntur *cett.* cum uindemiatoribus conuiciis agunt *edit.* uindemiatoribus conuitiantur *susp. K.* conuitiari alicui *dicit Quintilianus* 3 cuculum eum a: qu: pigrum *c ζ edit.* 5 adsidant *γ V*] assideant *f* assidant *r ν c ζ* assid/// *b* 9 foetus *Γ V*] foenis *ν om. c ζ defic. b* sust:] eas sust: *b f* 15 ciuitate *Γ′ V*] urbe *b f c ζ* 18 esqu: *V c*] aesqu: *Γ′ b f* exqu: *ζ* 20 corylo *V ζ*] corilo *Γ′ b f c* 21 deriu: est *f V*] *om. r c ζ* diriuatio est *γ ν*; *defic. b*

5. *'Ruber palus' formatum e ligno uirile membrum (*Γ′b cons. cζ*

6. *Inportunas (*ζ*)] Quae hortis noceant (*Γcζ*

7. § Vetatque nouis (*ν*)] Quia semper exercentur noua cultura, an propter recentem dedicationem M⟨a⟩ecenatis 'nouis', hoc est nuper institutis, aut recens satis, aut quia antea sepulchra erant in hoc loco, in quo modo sunt horti M⟨a⟩ecenatis, ubi sunt modo Traianae? Ante enim tanta misericordia tenebantur maiores, ut etiam publica monumenta pauperibus et seruis aedificarent (*Γ′bfVcζ*

8. § Huc (*ν*)] Ad illum locum, in quo stabat Priapus, idest huc aliquando cadauera portabantur plebeiorum siue seruorum. Nam sepulchra erant publica antea, modo M⟨a⟩ecenatis horti (*Γ′fVcζ*

*Angustis cellis (*c*)] Vilissimis tuguriis (*Γcζ*

§ Pauperum uel seruorum cadauera hic olim sepeliebantur, nam ideo subdidit 'conseruus' (*Γ′fVcζ*

10. § Commune s. (*ν*)] Soliti enim erant carnifices puteos in Esquilina uia facere, in quos corpora mittebant (*Γ′Vcζ*

11. § Pantolabo (*Γ′V*)] Mallius Verna trans Tiberim ex ingenuis parentibus natus, qui a multis pecunias accipiebat, unde Pantolabus dictus; qui quamuis multis uitiis habundaret, propter scurrilitatem tamen conpluribus erat domestice notus (*Γ′bfVcζ ex Porph.*

*'Scurrae' dicuntur homines uilissimi et abiecti [et scenici legionum] (*Γ′cζ*

5 dedicationem] delicationem *c* delectationem *ζ* elaborationem *bf* 7 sepulchra *νbfVcζ*] sepulcra *Γ* 8 ubi sunt *Γ′Vcζ*] ubi *bf* 10 monimenta *γ* 14 sepulchra *γνfc*] sepulcra *rVζ* modo] non *ζ* ubi modo *f* 17 paup: — sep:] *om. ν* 18 conseruos *cζ*, *memorabili sane scriptura* 20 esqu:] exquilina *γζ* 25 uitiis] diuitiis *ν om. cζ* hab:] abundaret *cζ*, *b abscis.* conpluribus *γ*] compl: *rνVcζ* cum pluribus *f* 26 domestice] domesticus et (*om. ζ*) *cζ* 27 et sc: legionum] *om. cζ*

§ Nomentanoque n. (*c*)] Nomentanus autem prodigus fuit et omnia bona comederat; et eleganter his apud Esquilias in publicis ustrinis monumentum fuisse dicit, quia priuatum habere locum non potuerant, omnibus suis absumptis (*Γ' b f V c ζ cf. Porph.*

12. Mille peđ. (*ν*)] Ideo cippus erat positus, ne heredes ipsius regionis haberent potestatem auiti siue paterni (*Γ' b f V*

§ Titulus erat inscriptus, agri modum ex utroque spatio designans (*Γ' f V c ζ*

13. § Heredes [·m·] ne s. (*ζ*)] Nescio qui donauit agrum suum populo ad sepulchra et posuit fines, ut habeat in latitudine mille pedes, in longitudine trecentos. Hoc tamen fecit, ne heredes eius publicum inuaderent monumentum (*Γ' b f V c ζ*

§ Ne[c] sequerentur (*ν*)] Ne haberet facultatem petendi spatium illud mille pedum et trecentorum. Item inscriptum erat sepulchro, ne ad heredes pertineret, hoc est, ne corpora aut reliquiae alienae inferrentur (*Γ' b f V c ζ*

14. § Nunc licet E. (*c*)] Esquiliae dicitur locus, in quo antea sepeliebantur corpora extra portam illam, in qua est Sessorium (*Γ' f V c ζ*

§ Salubribus (*ν*)] Si sublata sunt sepulchra et modo sunt ibi horti, recte dixit salubres. Loca enim salubria sunt, in quibus [sunt] amoenitates (*Γ' b f V c ζ*

16. § Albis ossibus (*ν*)] Sensus hic est: ibi nunc amoenitas aedificiorum grandis est, ubi aliquando albebant ossa miserorum, idest tristes homines intuebantur

1 autem] aut *V om. c ζ* 3 esqu: *f c*] ęsquilias *Γ' V cons. b* exquilinas *ζ* ustrinis *Γ' b f cons. Porph.*] astrinis *V* tonstrinis *c ζ* 9 inscr:] scriptus *c ζ* 11 quis *c ζ* 12 sepulchra *r ν cons. f,* sepulcra *γ V c ζ* 13 trec: in longitudine *c ζ* 14 inuaderent *r b f c*] inuiderent *γ V ζ Hauth.* monimentum *γ* 16 nec haberent *c ζ continuantes hoc sch. antecedenti, fort. recte* 17 illud] istud *ζ* 18 sepulchro *Γ' f c*] sepulcro *V ζ, defic. b* 19 alienae] exinde *c ζ* 20 esqu: *f c*] aesqu: *Γ' V* exqu: *ζ* 23 si — horti *om. c ζ* si *r ν b*] ·i· *f om. γ V* 25 sunt *om. r c ζ* 27 albebant] alebant *c ζ*

hunc agrum aliquando album ex ossibus cadauerum (*Γ′ b f V c ζ*

17. *Furesque f. que (*cζ*)] Fures propter hortos, ferae propter cadauera mortuorum (*Γ′ b c ζ*

19. *Versant (*cζ*)] Mutant. In aliis 'uexant' lego (*Γ b c ζ*

21. *Vaga (*cζ*)] Quia per zodiacum uagatur (*item b*); ut Maro (*Aen.* I 742):

Hic canit errantem lunam (*Γ c ζ cf. Porph.*

22. *Protulit os (*cζ*)] Maro (*Aen.* VIII 591):

Extulit os sacrum caelo (*Γ b c ζ*

23. §Vidi egom. (*νc*)] Hic uersus tragice profertur, ut (*Verg. Aen.* III 623):

Vidi egomet, duo de numero cum corpora nostro

(*Γ′ b f V c ζ*

24. §Canidiam (*νcζ*)] Pro Gratidia Neapolitana unguentaria, quam semper ut ueneficam carpit Horatius (*Γ′ f V c ζ*

25. Maiore (*ν*)] Ostendit fuisse etiam minorem; aut maiorem natalibus aut aetate aut censu; aut 'maiore' quam fuit ipsa Canidia (*Γ′ b V*

27. §Mordicus (*νcζ*)] [Aduerbium est: mordendo. Aliter.] Pro eo, quod est morsibus, uelut aduerbialiter locutus ut radicitus (*Γ′ b f V c ζ*

4 mortuorum] *om. b* 5 in — lego] *om. b* 8 ut — lunam] *om. b* 10 maro *Γb*] uirgilius *cζ* 11 os sacrum caelo] *om. b* 13 ut — nostro] *om. b* ut] ut uirg. *f* 14 cum *cζ*] *om. cett.* 17 ungentaria *γ* quam — horatius] *om. f* 19 *Porph. ad h. l. scribit:* memini me legere apud Helenium Acronem Saganam nomine fuisse Horati temporibus Pompei Sagana (libertam *coni. K.*) senatoris, qui a triumuiris proscriptus est 20 aut censu aut maiore] *om. b* 22 aduerbium est *Γ′ b V* (*sed fort. gloss. V*) aduerbium *om.* est *fcζ* *ante* mordendo *edit. inserunt* a mordendo *om. r* 23 aliter *om. Vcζ*

29. *Manes e. (ν)] Quid sunt manes? animae responsa daturae. Efexegesis est (*Γ′ b c ζ cf. Porph.*

30. § Lanea effigies (ν)] Bis subaudis 'effigies': lanea effigies, cerea etiam (*Γ′ V c ζ*

31. *Maior l. q. c. (c)] Sic steterant, ut cercam lanea coherceret (*Γ′ b f c ζ*

33. § Peritura (ν)] Idest ita stabat effigies cerea ante laneam, quasi passura poenas (*Γ′ f V c ζ*

35. *Infernas canes (ζ)] Aut Cerberum dicit aut Furias (*Γ′ b c ζ*

36. ⟨Magna⟩] Praegrandia (*V*

39. § Iulius et fragilis P. (c)] Quidam infames temporis illius. Alii dicunt poetas fuisse pessimos. Pediatia ergo uiri nomen est, sed soluti. Alii perditos, triuiales exponunt (*Γ′ f V c ζ*

*Fragilis ($c\zeta$)] Hoc est mollis et fluxus (*Γ′ c ζ*

*Voranus (νc)] Istum dicunt furem fuisse iudicem (*Γ′ c ζ*

40. *Alterna l. (c)] Respondentes (*Γ b c ζ*

41. *Triste et a. (c)] Hoc est metuendum et lugubre (*Γ′ b c ζ*

43. *Cerea (ν)] Ypermeter uersus, ut (*Verg. Aen.* X 116):

Solio tum Iuppiter aureo

(*Γ′ b c ζ ex Porph.*

44. § Arserit (ν)] *Κατὰ κοινόν*: quid memorem, ut largior arserit ignis? Deest tamen 'ut' (*Γ′ b V c ζ*

§ Et ut non testis (ν)] Idest quid dicam, quomodo eas ultus sum pro timore, quomodo inultus non recessi, sed eas terrui? (*Γ′ f V c ζ*

1 sunt *r b*] sint *γ c ζ om. ν* 2 efexegesis *ν*] effexegesis *c* effegesis *ζ* effexegesis est *γ* et est efexegesis *r* uel exegesis *b* 4 etiam] *omis. V* 7 ita] *omis. ν c ζ* 11 p regrandia *V* 15 triuiales *ed.*] triuales *c ζ* tribuales *V* tribiales *Γ f* trabiales *ν* 26 *κατὰ κ.*] *om. c sine lacuna, in ζ lacuna* quid *ν c ζ*] quod *Γ V*; *defic. b* 29 sum *codd.*] sim *edit.*

46. § Displosa (*νζ*)] Explosum est eiectum, displosum cum impetu eiectum (*Γ′bfVcζ*

§ Ego ficus pepedi, idest factus ex ficu Priapus (*Γ(γb) Vcζ*

48. *⟨Caliendrum⟩] Quidam ornatus, quo mulieres ad exornandos crines utuntur capillorum (*Γbf*

§ Aliter: caliendrum dicitur ornatus capitis mulierum, siue subpositus crinis, quem pro naturalibus capillis accipiebant [crinis subpositicius siue capillamentum] (*Γ′bfVcζ*

*⟨Caliendrum⟩] Genus galeri (*gloss. Γ(rf)*

50. *Vincula (*νcζ*)] Quaedam licia ex diuersis coloribus (*Γ′bcζ*

SERM. 9

1. *Ibam forte uia sacra (*νc*)] De Epagomeno dicit (*Γ′cζ*

*Refert se cuiusdam ignoti diuturna garrulitate fatigatum (*Γ′bf*

Sermo iste dicitur 'Molestus', *Ἐπιφερόμενος* (*Γ′fV*

2. § ⟨Nescio quid⟩ nugarum (*ν*)] Idest uersus. More satyricorum 'nugarum' dixit, quia satyrici solent etiam sese carpere (*Γ′bfVcζ*

4. § Ordo [est]: quid rerum agis, ait mihi, tu dulcissime? (*Γ′bfVcζ*

5. § Idest suauiter ago, sicut modo et tibi cupio bene euenire (*Γ′bfVcζ*

*Cupio (*bν*)] Te uiuere ex sententia tua (*Γ′bcζ*

3 qui ex ficu factus sum priapus *c cons. ζ* 7 aliter] *om. νVcζ, euan. b* 8 subp: *rfV* supp: *cett., euanuit b* 9 crinis subp: — capillamentum] *om. cζ* suppositi cuis// *γ* suppositicius *r* suppositicam *ν* supposi//// *b* subpositi cuius *V* subpositus *f* 11 idest galerum *f* 20 idest *γfV*] *om. rνcζ, absc. b* 21 satyrorum *b* satirorum *cett. etiam ζ* nugarum *codd.*] nugas *edit.* satyrici *νc*] satyri *ζ* satirici *cett.* 23 est *γ om. cett.*

6. § Occupo (*ν*)] Idest praeuenio illum [hoc sermone] dicens: numquid aliquid uis, numquid tibi necessarium [est]? (*Γ′ b f V c ζ*

6. 7. *Noris nos (*ν*)] Idest: hoc uolo, ut scias nos, quia docti sumus; idest non sumus indigni, quos scias (*Γ′ b c ζ*

7. 8. *Hic ego p. h. i. m. e. (*ζ*)] Hac re, quia doctus es, ideo tibi honorem habeo (*Γ′ b c ζ*

10. *Cum sudor m. t. (*c ζ*)] Cum ex tedio et molestia illius flueret sudor (*Γ′ b c ζ*

11. *O te Bolane (*ν*)] Qui solebat prae iracundia in facie quemuis reprehendere et libere dicere, quid sentiret (*Γ′ b f c ζ*

§ O te Bolane c. f. (*c*)] Cum sudarem molestius, dicebam apud me felicem esse Bolanum oxycholum, qui possit eum uerbis asperioribus remouere. Quare autem felicem dixit oxycholum? Quia non patiebatur molestiam (*Γ′ b f V c ζ*

12. Felicem cerebri (*r V*)] Cum felicitate illum fuisse oxycholum (*Γ′ b f V*

14. *Misere (*ν c ζ*)] Valde, ut Terentius in heautontimorumeno (I 2, 16):

Eam misere amat (*Γ′ b c ζ*

16. *Nil opus est (*ν ζ*)] Idest aio illi: non opus est tibi huc atque illuc circumduci (*Γ′ c ζ*

18. *Cubat (*c ζ*)] Aegrotat, languet, iacet (*Γ b c ζ*

22. § Si bene me noui (*ν*)] Idest [si bene] fretus [sum] conscientia mea, intellego, quia magis mihi defer⟨e⟩s quam illis (*Γ′ b f V c ζ*

1 idest] *om. γ ν c ζ* dicens hoc sermone *γ* hoc sermone *om. c ζ* 3 est *r c ζ*] *om. cett.* 8 ideo — habeo] *om. b* 10 illius] *om. b* 12 faciem *c ζ* 14 molestus *γ c ζ* 15 bolanum *c ζ*] uolanum *Γ′ b f V* 21 ut — amat] *om. b* in eautontumerumenon *c* Incanten *ζ om. cett.* 26 (aegr: *b*) languet] *om. b* 27 si bene *om. c ζ* 28 sum *om. γ c ζ* conscientia *c ζ*] scientia *Γ′ b f V* deferes *K.*] differs *ζ* defers *cett.* 29 illi *c ζ*

§ Viscus disertus illius temporis homo. Nonnulli (= *gloss. Γ′b*) poetam dicunt, amicum Horatii. Est autem sensus: non Viscum amicum pluris facies, hoc est: qui amicus tibi est, potiorem duces (*Γ′ b f V c ζ*

23. *Varius poeta, amicus Virgilii, Horatii etiam (*Γ′ b*
*Mire sic garrulum ostendit molestum (*Γ′ c ζ*

24. § Quis membra (*b ν c ζ*)] Idest quis cum gestu corporis potest pronuntiare quemadmodum ego? (*Γ′ b f V c ζ*

25. § Ita pronuntio, ut Hermogenes mihi cantor inuideat (*Γ′ b f V c ζ*

*'Hermogenes Tigellius', de quo supra (*serm.* I 3, 129. 4, 72):

Ío, Bacche (*Γ b c ζ*

28. *Omnes composui (*c ζ*)] [In urnis] omnes sepeliui (*Γ b c ζ*

30. § Mota anus u. (*ν*)] Idest ipsa commota ex urna dixit imminere mihi fatum ex garrulo. Aut mota urna ipsa anus cecinit, quoniam sortes de urna tolluntur (*Γ′ f V c ζ*

32. *Tarda podagra (*c ζ*)] Quia tardos [homines] facit [podagra]; et est ypallage (*Γ b c ζ*

33. § Quando c. cumque (*ν*)] T[e]mesis est 'quandocumque consumet'; ut (*Verg. georg.* III 381):

Septem subiecta trioni (*Γ′ f V c ζ*

35. *Ad Vest⟨a⟩e (*ν c ζ*)] Subaud. templum, sicut 'in Pacis, Concordiae'. Terentius (*adelph.* IIII 2, 43):

Vbi ad Dianae ueneris (*Γ′ b c ζ cons. Porph.*

36. § Vadato (*ν*)] Participium est ab eo, quod est uador, uadaris; et est uerbum commune: [uador te et ua-

11 hermogenes tigellius *c ζ*] *om. Γ b* 14 omnes in u: *c ζ* in urnis] *om. b* 20 homines *Γ b om. c ζ* 21 podagra *Γ b om. c ζ* et — ypallage] *om. b* 25 subaudiendum *Porph.* id *ν* 26 ter:] terrentius *ν* ter *γ* ut *c ζ* 29 uaderis *r f V uncis inclusa om. c ζ*

dor a te,] idest uoco te [ad iudicium] aut uocor a te ad iudicium. Respondere ergo debebat aut ei, a quo uocatus est ad iudicium, aut ei, quem ipse uocasset [ad iudicium] (*Γ′ f V c ζ*

*Vadato (*cζ*)] In iudicio, quia uadatus eum fuerat uel quia eum uadio obligauerat (*Γ′ b c ζ*

37. *⟨Debebat⟩] Idest cogebatur, aut k. k. debebat (*Γ*

40. *Et propero quo[s] scis (*cζ*)] Oblitus est Horatius, quod dixit sibi uisendum esse nescio quem (*Γ′ b c ζ*

42. Ego ut contendere d. (*ν*)] Ego coepi eum sequi, quia sciebam durum esse contendere cum pertinaci (*Γ′ f V cons. Porph.*

*Sciens durum esse contendere cum uictore coepi sequi (*Γ b c ζ*

43. § Quomodo tecum (*ν*)] Initium locutionis fecit et coepit interrogare: quomodo circa te M⟨a⟩ecenas est? (*Γ′ f V c ζ*

*Deest 'agit' (*Γ′ f c ζ*

44. § Paucorum (*ν*)] Idest qui et sapiens est et raro habet parem, qui multorum amicitia non gaudet (*Γ′ f V c ζ*

46. § Posset qui ferre (*ν*)] Idest haberes apud M⟨a⟩ecenatem, qui tueretur partes tuas, si me ei commendare uelles (*Γ′ f V c ζ*

47. *Hunc hominem (*ν*)] Dicticos; se ipsum tangit digito (*Γ′ c ζ*

1 idest *Γ′ f c*] uel *ζ om. V* uoco te ad iudicium] uoco ad iudicium *Γ′* uoco te *c ζ* ad iudicium aduoco *V* aut uocor a te ad iudicium] *om. ν f* aut *Γ*] et *V c ζ* 2 resp: — iud:] *om. ζ* debebat *f*] *om. cett.; sed nescio an in fine scholii posita haec uox propter lemma sequentis* (debebat) *interierit* a quo — uocasset] quę ipse uocas ad iudiciū *V* 6 uel — oblig: *om. r b* uadio *codd.*] uadimonio *edit.* 7 k. k.] ꝁ ꝁ *Γ* = causa cadere (*cf. Mommsen in not. laterc. post Keilii Probum*); κρ. κρ. *Cruquius* (1573) 12 pertinaci] pertinaces *V* 16 fecit *r f ν V*] fuit *γ c ζ* 21 qui] quia *V*

*Dispeream (*vc*)] Idest ualde peream, si non omnes remouisses ab amicitia M⟨a⟩ecenatis (*Γ'cζ*

48. *Non isto (*vcζ*)] Respondit Horatius (*Γ'bcζ*

50. § Nil mi officit (*cζ*)] Idest quicumque est ditior, non officit mihi in domo M⟨a⟩ecenatis (*Γ'fVcζ*

52. *Vix credibile (*cζ*)] Vt non sit factio in tanta domo (*Γbcζ*

53. § Accendis (*vc*)] Haec dicendo multo magis me accendis ad amicitiam eius (*Γ'bVcζ*

54. § Velis tantummodo (*ζ*)] Si uolueris me commendare, impetrare possis, homo tantae uirtutis (*Γ(rf)Vcζ*

54. 55. § Opus est, inquit, hoc solum, ut uelis ei amicus esse; etenim pro merito uirtutum tuarum facile poteris promereri (*Γ'fVcζ*

55. § Et est qui uinci possit (*vcζ*)] Hoc uitio est, inquit, Maecenas, cui si saepe instes, uincatur. Persius hinc (1, 116. 117):

> Omne uafer uitium ridenti Flaccus amico
> Tangit.

Et nunc iucunde ex alterius persona eum reprehendit (*Γ'bfVcζ*

62. § Ecce Fuscus (*cζ*)] Aristius Fuscus, grammaticus doctissimus illius temporis, amicus Horatii (*Γ'bfVcζ ex Porph.*

61. 62. § Et illum (*v*)] Inducit illum qui superuenerat dissimulare, ut ipse odiosi hominis molestia fatigaretur (*Γ'fVcζ*

62. 63. *'*Επιφερόμενος* interrogabat, unde uenisset; Aristius uero respondit (*Γbf*

63. **Κατὰ τὸ αὐτό* (*Γ' cons. cζ*

2 remouisses omnes *cζ* 3 respond& *γ* 4 nil mi] nihil *cζ* 8 haec *rV*] hec *γb* hic *v* hoc *cζ* 14 promereri *Γ'fc*] promerere *V* promoueri *ζ* 16 (męcenas *γ*) saepe *ζ*] semper *V* sepe *cett.* 26 ipse *Γ'fVcζ*] ipso (!) *Pauly et Hauthal* 29 respondet *γ* 30 *κατὰ τὸ αὐτό*] *lacuna in cζ*

*Vellere (*νcζ*)] Vellicare (*Γ′bcζ*

64. § Nutans (*ν*)] Idest coepi nutare. Est autem nutare aliquid oculis nutantibus uelle monstrare (*Γ′bfVcζ*

*Innuens, significans ut me eriperet (*Γ′bfcζ*

65. § 'Male salsus' in perniciem meam nimis prudens, aut male iocosus et urbanus inrisor (*Γ′bfVcζ*

*Male prudens (*Γbfcζ*

66. *Meum iecur u. b. (*ζ*)] Vehementer irascebar (*Γcζ*

67. ⟨Certe⟩] [Ego] Horatius (*ΓbfV cons. Porph.*

69. § Hodie tricesima s. (*c*)] 'Tricesima sabbata', quae Iudei Neomenias dicunt, quoniam per sabbata Iudei numeros appellant lunares (*cf. Porph.*). Aliter: tricesima sabbata dicuntur, quando Kalendis occurrit sabbatum. Item: tricesima sabbata dicuntur, quando ueniunt Kalendae [in] prima luna per sabbata, qui dies maxime a Iudeis obseruatur; aut quia tricesima sabbata religiosius colebantur (*Γ′bfVcζ*

⟨Tricesima sabbata⟩] Quae Neomenias dicunt, †p xxx . . . o dies lunaris cursus quando peragitur in Kalendis Iudei semper sabbatizant (*V, cett. om.*

70. § Curtis Iudeis (*ν*)] Ideo curtis, quia Moyses, rex Iudeorum, cuius legibus reguntur, neglegentia medici talis effectus et, ne solus esset notabilis, omnes circumcidi uoluit (*Γ′bfVcζ*

2 coepi — autem nutare] *om. V* est — nutare] *om. γν* 3 monstrare] demonstrare *ν* 5 male salsus *ν*] male falsus *bf* male salus *c om. cett.* nimis *K.*] minus *codd.* 6 inrisor *γ*] irrisor *cett.* 10 ego *V om. cett.* 11 tric: sabbata] *om. V* 12 per] *om. rcζ* 14 kalendis — quando] *om. νζ propter homoeoteleuton* in kalendis *f* incalendis *b* 15 item *νbfc*] iterum *ΓV* aliter *ζ* 16 in *bfcζ*, *om. Γ′V* 17 obseruabatur *V* 18 colebantur] obseruantur *r* celebrantur *ζ* 20 o *post* p xxx . . . *non certa, fort.* c 23 rex] s̄c̄s rex ·i· dominus *V* medici talis *γνbf*] talis *r* medicinalis *Vcζ edit.* (!); *in ζ linea traducta alteraque insuper infra addita uerbum deletum est* 24 effectus *codd.*] affectus *edit.* circumcidi *Vζ*] circuncidi *c* concidi *Γ′bf*

*'Oppedere' contradicere, quasi contra pedem opponere. Alii uerbum foeditatis uolunt, sed falsum est (*Γ′ b f*

70. 71. § Nulla mihi inquam r. (*ν*)] Hoc est: facile hos contempno, quorum religione non teneor (*Γ′ b f V c ζ*

71. § Infirmior (*ν ζ*)] Idest timidus sum et hac de causa colo omnes religiones (*Γ′ f V c ζ, euan. b*

*Quia nimiam religionem infirmitas facit et metus (*Γ′ b f c ζ*

72. *Solem (*ν*)] Idest huncine diem tam molestum ortum mihi esse (*Γ′ b f c ζ, sed b propemodum euanuit*

73. § Tam nigrum (*c ζ*)] Tam tristem et aduersum, cui contrarium (*Pers.* 2, 1):

Hunc, Macrine, diem numera meliore lapillo [idest albo] (*Γ′ f V c ζ*

*Surrexe (*c ζ*)] Pro surrexisse (*Γ c ζ*

*Improbus (*ν*)] Idest malus, qui non subuenit amico suo (*Γ′ f*

74. *Sub cultro (*ν c*)] Prouerbium est: idest in maxima molestia cum ἐπιφερομένῳ (*Γ′ f c ζ*

75. *Obuius (*c ζ*)] ⟨Ἐπιφερόμενος⟩ (*c ζ*

76. § Et licet antestari (*ζ*)] Denuntiantes litem antestatos habebant, quibus praesentibus conueniebant, ita ut aurem illis tertio uellerent. Sic Seruius magister [urbis] exposuit. Alii sic exponunt, quod Horatium interrogauerit, si testis esse pateretur, et Horatius optulerit aurem ultro. Solebant enim testium aures tenere et ita dicere: 'memento, quod tu mihi in illa causa testis eris'.

2 uerbum] cibum *codd.* 4 hoc est] idest *c ζ* 5 contemno *c* contendo *ζ* 11 tam *c ζ*] *om. cett.* moleste *c ζ* 13 Iā nigrum *V* 15 macrine *om. Γ′* idest albo *V om. cett.* 17 surraxe *ζ* surresse *c* 18 qui — suo] *om. r* 20 in *r*] sub *f om. γ ν c ζ* 21 cum ἐ:] sub (super *c*) illo garrulo (garulo *ζ*) *c ζ* 22 ἐπιφ.] *lacuna in c ζ* 26 urbis *Γ f c* rõ *ν* uerbis *ζ om. V, absc. b* 27 optulerit *Γ V*] obtulerit *b f ν c ζ* 29 testis eris in illa causa *r V*

Quid est antestari? Olim qui antestabatur, auriculam contingebat, ideoque poeta ait: libenter auriculam optuli. Tangens autem auriculam his uerbis loquebatur: 'licet antestari?' Si ille respondisset: 'licet', per iniectionem manus aduersarium suum in iudicium trahebat. Quod si antestatus non esset et manum iniecisset, iniuriae reus constitui poterat. Plautus in Persa (IIII 9, 10 *sq.* = 747 *sq. R.*): leno ad Satyrionem parasitum:

Nonne antestaris?

et parasitus:

Tuane ego causa carnifex
Cuiquam mortali libero aures atteram? (*Γ′ f V c ζ*

*Aliter: antestari idest teste uti, quod iudicii causa uolo manum inicere. Nam haec erat consuetudo: siquis uadato non paruisset, eius aduersarius aliquem de praesentibus antestabatur, idest tangebat eius aurem et dicebat: licetne te antestari? Si respondisset ille: licet, tunc iniciebat uadatus manum in eum, qui non paruisset, et ducebat in iudicium, aliter si iniecisset manum, iniuriarum poterat accusari (*Γ′ b f c ζ cons. Porph.*

SERM. 10

1. § Nempe incomposito (*v*)] Idest certe confiteor me dixisse, quod asperos et non compositos uersus fecit Lucilius (*Γ′ f L V c ζ*

*Respondit his, a quibus culpatus fuerat, quod Lucilii uersus damnasset in satyra 'Eupolis atque Cratinus'

1 quid e: a:] Aliter *V* |sit antestari *b* 13 antestari *b f c ζ*] *om. cett.* idest] *om. f, absc. b* 22 idest — quod] //cit ipse lucilius. Eo quod *V* 25 respondit *Γ′ L*] respondisset *f* respondet *c ζ Porph.* 26 damnasset *r L c*] dannasset *ζ* dampnasset *cett.* satyra *r L v c ζ*] satira *γ* satura *f*

(*s.* I 4, 1), et dicit se non poetam inprobasse, sed uersus (*Γ'fLcζ ex Porph.*

2. § Inepte (*νcζ*)] Inepte fauemus alicui, quando aperta uitia eius negamus (*Γ'f Vcζ*

3. *At idem q. s. (*cζ*)] Subiectio; idest sed in multos principes ciuitatis multa uenuste et iocose dixit in eodem opere, et perseuerauit in metaphora 'sale' dicendo 'defricuit' (*Γ'fcζ*

*'Sale multo' ideo ait numero singulari, quod dicturus erat perfricuit, ut quasi uero sale faceret; nam sales plurali numero dicendi sunt, cum urbanitas significatur (*ΓfLcζ cons. Porph.*

4. *Vrbem (*νc*)] Idest principes ciuitatis, quia Lupum et Mutium uehementer afflixit, iocose (*Γ'LE*

*Non urbem, sed principes urbis, Mutium et Lupum et ceteros (*cζ*

5. § Nec tamen hoc tribuens d. quoque c. (*ζ*)] Idest non ideo, quia concedo illi facetias, concedo et omnia, quae debet habere poeta (*Γ'L Vcζ*

5. 6. *Sic et L. m. (*cζ*)] Idest si dico Lucilium ideo bonum poetam esse, quod habet facetias, idem mihi dicendum est de Laberio mimographo; nam et is habet facetias; sed multis caret, quae poeta debet habere (*Γ'fcζ*

6. § Sic et Laberi m. (*ν*)] Nam et mimorum ioca sic laudo, ut non cetera illis adsignem, quae perfecti sunt operis. Per hoc Lucilii opus mimis comparat (*Γ'f Vcζ*

7. *Rictum (*νζ*)] Incerti generis est; nam et hic rictus dicitur et hoc rictum mensura oris (*Γ'bcζ*

8. *Risu diducere rictum (*ζ*)] Aperire os et risum mouere (*Γ'bEcζ*

3 inepte fauemus] stulte fauemus *cζ* fauemus *ν* 4 eius uitia (uicia *V*) *Vc*, *non cett. cum ζ* 5 subiectio] subiectio est *cζ* 10 uere *c* sal *cζ* 14 afflixit *LE*] affixit *Γ'* 18 non — fac:] quamuis concedo fac: et uenustatem lucilio tamen non ideo *cζ* facetias *cζ*] facecias *V* fac: idest *cett.* 25 adsignem *Γf*] assignem *νVcζ* 28 mens: oris] oris apertio *b*

9. § Est breuitate o. (*νζ*)] Sententia illa, quae risum mouet, debet esse cita et manifesta. Aliter: sensus: non solum in eo est, ut pauca copiose, sed ut breuiter multa dicantur. Sic et Cato a Sallustio laudatur (*hist. fragm.* I 4 *M.*), quod multa paucis absoluerit (*cons. Porph.*). Aliter: sententia non debet esse prolixior, ne aures oneret auditoris et non intellegatur (*Γ′fLVcζ*

*Si uis perfectum opus facere, breuitate opus est, ut cito sententia finiatur (*Γ′cζ*

11. *Et sermone opus est modo tristi, saepe iocoso (*ζ*)] Idest opus est sermone ei, qui iocos dicit, modo defendente uicem oratoris, modo poetae, modo urbani parcentis uiribus suis. Nam cum inducis loquentem rusticum, non debes loqui pro ingenio tuo, sed pro ingenio rustici (*Γ′fcζ*

13. § Interdum u. (*cζ*)] Interdum urbani hominis sermone opus est, qui, ut delicatus uideatur, minus se ostendit facere, quam possit, sed non qui in dicendo uiribus parcat, sed qui alioqui minores uires demonstret (*Γ′fVcζ*

14. 15. § Ridiculum (*νcζ*)] S⟨a⟩epe ioculare maledictum grauius uulnerat, quam res aspera, idest satyra (*Γ′ Vcζ*

*Iocus saepe plus mouet hominem, quam res acris (*Γ′bEcζ*

*Plerumque, inquit, uenuste et ridicule dicta plus mordent, quam quae acriter et turbulenter prolata sunt (*Γ′fcζ*

16. *Illi (*νcζ*)] Idest antiqui comoediographi ideo placuerunt, qui⟨a⟩ temperabant fabulas suas iocoso et tristi; et hi modo partes rhetoris sequebantur, modo poetae (*Γ′fcζ*

3 i. e. e.] eo est opus *cζ* 4 sall: *ν Porph.*] salustio *cett.* 11 ei] et *cζ* 16 urbani interdum *V*, *non cett.* 19 parcat — demonstret] *per neglegentiam om. ζ* alioqui] aliqui *ν* alioquin *f* alii qui *c* 22 satyra *rνVcζ*] satira *γ*

17. § Hoc stabant (*v*)] Eo ipso placebant, quod ridicula eorum magis morderent, quam si acria protulissent (*Γ′ f V c ζ*

18. *Hermogenes et Demetrius, quem iste simium appellat genere masculino propter deformitatem et breuem staturam, ambo obtrectatores fuerunt Horatii. Erant autem musici modulatores (*Γ′ f E c ζ sim. Porph.*

§ Demetrius praeter Caluum et Catullum poetas alios non legerat (*Γ′ f V c ζ*

*Ad nullam rem doctus Demetrius nisi Catulli et Calui uersus cantare et imitari, qui dramatopoeos erat, hoc est amatorias cantiones scripserat (*Γ′ f c ζ*

21. *O seri studiorum (*v c ζ*)] O qui seri estis ad studia. Castigat eos, qui mirantur Lucilium, quod Latinis Graeca miscuerit (*Γ′ b f c ζ cons. Porph.*

*'Quine' quasi curne aut uacat 'ne', ut 'qui' pronomen sit (*Γ′ f c ζ*

22. 23. *Idest putatisne eum aliquid magnum fecisse, quod scripsit sicut Pitholeo, abiectus poeta? Nam dicitur Pitholeo epigrammata ridicula scripsisse, in quibus Graeca uerba mixta erant cum Latinis (*Γ′ f E c ζ*

*Aliter: Pitholeon Rhodius huiusmodi fecit epigrammata, ut Latinis Graeca coniungeret, quod adeo non est difficile, et ideo non dignum miraculo; etenim infirmitatis putatur non Latinis compleri, quae Latinis sunt coepta (*Γ′ f c ζ*

24. § Vt Chio nota si c. (*c*)] Genera uini optimi, Chii et Falerni. Chium dulce est, Falernum austerum; ergo mixtum iucundum fit. Aliter: subiectio, idest sed suauis fit sermo coniunctus ex Latino et Graeco, quemadmodum si miscueris Falernum uinum cum Chio. Sed comparatio haec non congruit; nam uinum Chium mixtum

2 morderent *c ζ*] moderent *Γ′ V* moderarentur *f* 8 catullum *γ c ζ*] catulum *r v V* tullium *f* 19 pitholeo *Γ′ E*] -on *f c ζ* 23 quod *c ζ*] *om. cett.* 28 chii *c*] chio *Γ′ V om. ζ* chium et phalernum *f* austerum *γ c*] auxterum *ζ* austere *r v V* 29 aliter] uel *c ζ om. f v*

cum Falerno facit suauitatem, quia Chium dulce est, austerius Falernum; Graeca uero cum Latinis commixta dissimilitudine naturae carent suauitate (*Γ′ f Vc ζ*

*⟨Nota ... Falerni⟩] 'Nota' ideo, quia aut uina notantur in lagoenis aut consules (*Γ′ f c ζ*

25. *Te ipsum percontor (*ν*)] Te, inquit, qui Lucilium defendis, consulo: utrum tunc tantum Latinis Graeca permisces, cum uersus facias, an et quando causam durissimam Petilli de furto Capitolino aduersus Pedium Publicolam siue aduersus Messalam Coruinum peroras? Hi autem ita Graecis abhorruerunt, ut Messala primus funambuli nomen intulerit et post eum Terentius (*hec. prol.* 34):

Funambuli eodem accessit expectatio.

Aliter: idest quando suauis est sermo Graecus coniunctus Latino? Cum uersum facis, an etiam, cum reum defendis Petilium? Petilium hunc dixit superius (*serm.* I 4, 94) coronam rapuisse de Capitolio; qui, quamuis absolutus est, tamen duram causam habuit; nam ab Augusto absolutus est. Petilli autem genitiuus est (*Γ′ f c ζ*

§ Pedius Publicola et Messala Coruinus oratores fuerunt, qui obseruauerunt, ne Graecis sermonibus uterentur. Erant autem fratres causidici optimi (*Γ′ f Vc ζ*

30. * Canusini more bilinguis (*ν*)] Aut quia Canusium oppidum constat ex Graecis et Italis, quidam istum Pitholeontem Canusinum fuisse dicunt, aut pro quocumque Canusino dixit. Aliter: de Pitholeonte dicit; nam iste de Canusio fuit. Dicit autem bilinguem, quia et Graeci et Latini apud Canusium habitant et utuntur utroque sermone (*Γ′ f Vc ζ*

2 austerius *r f ν Vc*] austerum *γ* austerus *ζ* 5 lagoenis *r*] laguoenis *γ* lagooenis *f* lagunenis *ν* lagenis *c ζ* 10 aduersum *ν* hi — expectatio] *ex Porph.* 23 canusium] canusinum *V* 24 italis] latinis *γ pr. c ζ* 25 canusinum *c ζ*] canusium *Γ′ f V* 26 canusino *ν c ζ*] canusio *Γ f V* 27 canusio] cusio *V*, *ν non liquet* 28 habitant] habitabant *γ* abitant *V*

*Canusini enim cum sint Latinae gentis et a Diomede Graecitatis partem trahant, [et] per ipsius regionis tractum Graeca lingua in usu fuit: unde ea pars Italiae Graecia Magna dicta est (*Γ′ f c ζ cons. Porph.*

31. *Atque ego cum f. (*c*)] Cum facere uellem, ut (*Verg. ecl.* 6, 3):

Cum canerem reges et proelia (*Γ c ζ*

*Mare citra (*ν c ζ*)] Natus in mediterranea regione et a Graecia longe positus (*Γ′ c ζ*

32. § ⟨Vetuit⟩] Vide 'uetuit', non 'uetauit', quamquam possumus etiam sic dicere (*Γ V c ζ*

33. § Post mediam noctem (*c ζ*)] Tunc enim digestior animus uera somniat, iam quando pituitis caruimus (*Γ′ V c ζ*

34. *Ac si magñ. (*ν*)] Ac per hoc inter Graecos auctores, qui plurimi sint, inseri (*Γ′ c ζ*

36. 37. § Viua⟨cu⟩lum quendam poetam Gallum tangit. 'Iugulat' ergo dixit aut nos audientes descriptionem Rheni et Memnonis, aut ipsum Memnona occidit describendo et facit e⟨ti⟩am fontem R⟨h⟩eni sordidum, lutulentum, ita describens (*Γ′ f E V c ζ*

*Turgidus A. (*c ζ*)] Alpinus hic Memnonis bella descripsit, et, quia male, ideo ait 'iugulat', quasi malis carminibus ipsum Memnona necet (*Γ′ E c ζ cf. Porph.*

2 graecit: — dicta est *om. c ζ, in c duorum uersuum spatium uacuum relictum est* 5 cum *c*] ·i· cum *ζ om. Γ* 9 (gręcia *ζ*) 10 uide *K.*] uides *Γ* unde *V c ζ* 11 possumus *ν V ζ*] possimus *r ν* non possumus *c* 13 quando iam *editiones fortasse recte* iam quando *Γ′ V* ·i· quando *c ζ* pituitis *r c ζ*] petuitis *γ* punitis *V* potuitis *ν* 15 (gręcos *ζ*) 16 sunt inseri *ν* sunt miseri *c* miseri sunt *ζ* 17 uiualum *γ ν* uiualium *r E V c ζ, f eras.* 20 et facit — describens] *om. E* etiam *K.*] eam *r ν f V* eum *γ c ζ* fontem *Γ′ f V*] fortem *c ζ* Rheni *K.*] $\overset{r}{p}$eni *f* peni *r ν* pene *γ c ζ* poene *V; uid. stud. Vindobon.* 1901 *p.* 111 24 necet *ζ*] necat *γ c cons. E* negat *r ν*

*⟨Iugulat⟩] Vt (*Verg. ecl.* 6, 62. 63):

Musco circumdat amarae
Corticis (*Γ*

37. § 'Luteum' et ad naturam fluminis retulit, quoniam semper est turbidum, et ad opus poetae. 'Ludo' autem ait, quoniam uerecunde poetae uersus suos ludos appellant (*Γ' f Vc ζ*

38. *⟨In aede⟩] Apollinis, ubi solent docere poetae (*Γ*

*In ⟨a⟩ede (*ν*)] In Musio, in Atheneo. Idest ea scribo, quae neque recitentur in Atheneo, neque sunt agenda in theatro (*Γ' f c ζ*

§ ⟨In aede⟩ Musarum ubi poet⟨a⟩e multis audientibus recitare carmina sua solebant (*V sim. Γ' f c ζ cons. Porph.*

§ ⟨Iudice Tarpa⟩] Qui deferenda carmina poetarum ad ⟨s⟩caenas antea probauit (*V sim. Γ' f c ζ Porph.*

*Per hoc illud ait: dicta mea alienum iudicium non expectant, nec comoedias scribo, quae saepius spectatae apud populum uilescant, sed mihi satisfacio (*Γ' f c ζ*

42. § Vnus uiuorum F. (*ν c*)] Idest inter omnes uiuos tu bene scribis comoedias (*Γ' Vc ζ*

Ostendit optimum trag⟨o⟩ediographum esse Pollionem (*V*

*Pollio tragoediam scribit trimetro, quia trimetri dicuntur uersus tragoediarum esse (*Γ' f c ζ*

43. *Ter percusso (*ν*)] Idest trimetro iambico, quoniam tres c⟨a⟩esuras habet (*Γ' c ζ*

5 turbidum *r c ζ*] turbidus *γ ν f V* turbida semper aqua *Porph.* opus poetae] uitium poetae (poete *c*) *c ζ* opus potest *Γ' f V* 6 ait] *om. V* 12 . . . uel in aede musarum ait, quo solebant poetae uenire et dicta sua multis audientibus recitare captantes laudem ex uersibus, et ideo Tarpam iudicem uoluit uel (*del. Pauly*) quod Tarpa probare consuesset, quae ad scaenam deferenda essent *Γ' f c ζ* 19 idest] *om. Vc ζ* 20 tu bene *Γ' c ζ*] o optime *V* comoedias *Γ* comediam *ν Vc* commediam *ζ*

§ Forte (*vc*)] Idest fortis ipse Pollio [et forte et molle et facetum] (*Γ′ Vcζ*

§ 'Epos' pro epodos. Epos autem ideo dictum, quod unum uersum maiorem habet, alterum minorem (*Γ′ Vcζ*

§ ⟨Forte epos⟩] Dimenso, idest magno impetu uersus expressos (*γ Vcζ*

44. § Vt nemo Varius ducit molle atque f. (*ζ*)] Varius delicatum uersum componit, idest nemo ut Varius dulciter canit (*Γ′ f Vcζ*

§ Molle atque facetum (*γ v Vcζ*)] Hic plena (*fort. leg.* pro (p) lene). Nam molle atque facetum annuerunt Virgilio rure Camenae; nam nihil ioculare in georgicis scripsit (*Γ′ f Vcζ*

45. *Virgilio a. (*cζ*)] Idest Virgilio concesserunt Musae georgica scribere (*Γ′ cζ*

*Apparet illo tempore Virgilium adhuc bucolica et georgica scripta habuisse (*Γ′ fcζ*

46. *Hoc erat e. f. (*cζ*)] Ordo ex inferioribus (*Γ′ fcζ*

§ Hoc erat, quod ego melius possem scribere, idest satyram, quam frustra Varro Atacinus et alii multi conati sunt scribere (*Γ′ f Vcζ*

48. *Neque ego illi (*v*)] Rursus Lucilium sibi praefert, quia ille inuentor satyrae fuit (*Γ′ fcζ*

53. § Nil comis (*vc*)] Idest elegans ipse Lucilius non uituperat quaedam in Accio et ridet Ennium quasi non habentem grauitatem, sed ita ut eos sese fateatur esse meliores? (*Γ′ f Vcζ*

55. § Cum de se loquitur (*vζ*)] Idest quando de se loquitur, non sic dicit, quasi melior sit illis poetis, quos ipse reprehendit (*Γ′ f Vcζ*

1 idest *Γ V alt. l. cζ*] *om. v V alt. loco* 2 facetum canit *V alt. loco* 3 ideo *V alt. loco om. cett.* 4 uersum] pedem *V altero loco* 5 dimenso *γc*] dimerso *V* dimense *ζ* magno *cζ*] *om. cett.* 19 ego melius *Γ′ cζ*] *om. V* 20 satyram *Γ v cζ*] satiram *γ f V* 23 sat:] *om. cζ* 25 ridet] deridet *ζ* derridet *c*

56. § 'Quid uetat', ut ego, cum lego Lucilium, quaeram, utrum natura sua negauit ei compositos uersus facere an natura rerum, de quibus scripsit? Aliter: quid prohibet quaerere, utrum ingenio an natura duriores uersus fecerit, an operis necessitate? (*Γ′ f Vcζ*

58. *Euntis (*cζ*)] Mire, quia pedibus currunt uersiculi (*Γ′cζ*

*Euntes uersus dicuntur, qui leniter fluunt, qui non sunt asperi (*Γ′cζ*

60. *Hoc tantum c. (*ν*)] Siquis inuenitur, qui contentus est qualescumque uersus facere, dummodo plures faciat, concedo politum esse Lucilium, qui asper fuit (*Γ′ f c ζ*

61. 62. ⟨Etrusci⟩ quale fuit Cassi (*ν*)] Quia Parma Etruriae est ciuitas. Cassius uero Parmensis fuit, qui multos scribebat uersus. Cuius post mortem decreuit senatus, ut libri eius cum corpore incenderentur, quia nullius momenti erant (*Γ′ f V*

62. § Rapido f. anni (*leg.* amni) (*c*)] Malum poetam rapido amni comparat, qui multos uersus in paruo momento conscripserat nullius utilitatis; ideo postea mortuus ipse cum libris combustus est (*Γ′ Vcζ*

65. *Limatior (*νcζ*)] Politior, emendatior (*Γ′cζ*

66. § Et Gr⟨a⟩ecis intacti (*ν*)] Qui primus satyram Gr⟨a⟩ecis uersibus exametris scribendo etiam Gr⟨a⟩ecorum auctor huius operis est. Antea enim soli comici mores suorum carpebant apud Gr⟨a⟩ecos (*Γ′ f Vcζ*

§ Idest et quamuis Gr⟨a⟩eca carmina Lucilius Latinis primus admiscuerit, quod superius (*u.* 20—24) deprehendit (*Γ′ Vcζ*

2 negauit *codd.*] negauerit *Pauly* 4 fecerit uersus *cζ* 20 qui multos — combustus est] qui multa purgamenta secum trahit *Γ′* 22 ipse *V*] *om. cζ* est *V*] fuit *cζ* 23 em:] et emendatior *cζ* 24 (satyram *rνVcζ*) 29 deprehendit *Γ′ Vcζ*] reprehendit *temere edit.*

Quia dicuntur Gr⟨a⟩eci satyram non ueram scripsisse, sed mixtam cum tragoedia (*rνV*

67. 68. § Sed ille s. f. (*ν*)] Si hoc tempore natus fuisset Lucilius, multa sibi detraheret, multa adderet, ut se aptaret auribus audientium, quia modo student homines uersuum lenitati (*Γ′fVcζ*

71. § Per hoc ait illum incuriose scripsisse. Hinc Persius (1, 106):

Nec pluteum caedit, nec demorsos sapit unguis

(*Γ′ f Vc ζ cons. Porph.*

72. *S⟨a⟩epe stilum u. (*ν*)] Vt deleas et emendes (*Γ′E*

73. § ⟨Neque⟩ te ut miretur turba ⟨labores⟩ (*c*)] Idest noli laborare, ut placeas multis, sed paucis et doctis esto contentus (*Γ′fVcζ*

75. § An tua demens (*ν*)] An malis placere pluribus quam melioribus, ut etiam librarii dictent carmina tua? (*Γ′ f Vc ζ*

77. § Arbuscula quaedam mima fuit, quae cum sibilo uulgi eiceretur e theatro, placeret autem paucis equitibus, dixit: contenta sum his prudentibus, quamuis pauci uideantur esse fautores. Aliter: Arbuscula quaedam mima fuit, quae placebat bonis potius quam plurimis. Haec aliquando explosa a populo dixit hoc: equitum Romanorum plausu contenta sum; consolabatur autem se his uerbis, quae leguntur (*Γ′fVcζ cf. Porph.*

78. Viscorum (*νcζ*)] Visci duo fratres fuerunt, optimi poetae; alii criticos dicunt (*Γ′fV*

§ [Aliter: hii] fratres fuerunt. Pater eorum Vibius Viscus, quamuis et diuitiis et amicitia Augusti usus esset,

1 (satyram *rν*) 2 mixtam cum tr: *rν*] metā tragoediam *V* 5 audientium *Γ′fVζ*] audientum *c* 6 lenitati *r*] lenitate *c* leuitati *γfνV* -e *ζ* 7 per — hinc] *om. c* hinc] *om. etiam ζ* 9 (unguis *νcζ Porph.*) 16 an — pluribus] *om. Vcζ* 19 cum — 23 quae] *om. propter homoeoteleuton cζ* 29 aliter hii] *om. cζ* hii *γf*] hi *rνV*

tamen in equestri ordine perdurauit, cum filios suos senatores fecisset (*Γ′ f V c ζ*

84. § Te dicere possum (*c ζ*)] Possum dicere, quod etiam tibi studeo placere. Idest sine assentatione hoc dico: uolo, ut et tibi placeant poemata mea, o Pollio (*Γ′ V c ζ*

§ Ac si diceret: ab his me magis uolo probari, quam a superioribus (*Γ′ f V c ζ*

85. *⟨Fratre⟩] Publicola (*Γ*

86. *Furni (*ν*)] Hic historiarum elegantia claruit (*Γ′ E*

88. § Prudens (*ν c ζ*)] Quia omnes enumerare non possum, ne multorum enumeratio sit t⟨a⟩ediosa (*Γ′ f V c ζ*

90. § Demetri t. (*ν c*)] Hii modulatores fuerunt et puellas docuerunt [ingenuas] per modos (*Γ′ V c ζ*

91. Discipularum (*ν*)] Idest ingenuarum (*Γ′ f V*

*In scola mimarum (*gloss. Γ E*

§ Quia hoc tempore maximum earum studium fuit affectandi lyricam disciplinam (*Γ′ f V c ζ*

92. § I puer (*c ζ*)] Videtur hoc carmen scedion esse, idest ad tempus inuentum, non aliqua ordinatione compositum, dicendo:

I puer, atque meo citus haec subscribe libello (*r ν V c ζ*

I puer (*ν*)] Vult uideri Horatius ex tempore sibi uenisse in mentem hos uersus, dicendo:

I puer, et hos uersus adde libello meo (*Γ′ f V cons. P.*

Ostendit se superiores uersus dixisse ex tempore (*r ν V*

5 et *Γ′ om. V c ζ* poemata] carmina *c ζ* 12 fastidiosa *c ζ* 13 hii *V*] hi *cett.* fuerunt *γ c ζ*] fuerant *r ν V* 14 doc: puellas *c ζ* docuerunt *γ c ζ*] docuerant *r ν V* ingenuas *om. V c ζ, uid. schol. sequens* 19 *σχέδιον edit.* 22 atque — libello] et reliqua *c ζ* 26 uersus *r*] duos uersus *ν V*

SERMONVM LIBER II.

SERM. 1

1. § Sunt quibus in satyra uidear nimis acer (*c cons.* ζ)] Eglogae haec nomina habent: si ad Iouem, hymni; si ad Apollinem aut Dianam aut Latonam, peanes; si ad Liberum aut Semelen, dityrambi; si ad ceteros deos, prosodia; si ad homines, laudes aut uituperationes aut luctus aut aliquid tale (*Γbf Vc*ζ; *in b paene omnia abscisa*

*Ad Trebatium quendam iuris peritum scribit et consulit, quidnam faciat, quoniam quibusdam acre nimis uidetur opus suum, aliis remissum (*Γ′f*

⟨Nimis acer⟩] Scilicet quam oportet me inuehi (*ΓV*

§ Vltra legem (*γνV*)] Idest ultra quam opus est, ultra quam se ratio habet ipsius uocabuli; et mire 'legem', quia iuris perito loquebatur (*Γ′f Vc*ζ

2. § Sine neruis (*ν*)] Alii autem nullius momenti et nimis lenem dicunt satyram meam. Alii dicunt sine neruis esse, quod scripsi, idest sine uiribus ingenii (*Γ′f Vc*ζ

5. *Prescribe (*c*ζ)] Idest constitue quasi ex lege quid debeo facere, quia quidam me reprehendunt (*Γ′fc*ζ

7. 8. § Ter uncti T. (*c*ζ)] Sensus hic est: qui dormire non possunt facile, ter Tiberim transnatent et fatigati

6 dityrambi *Γ*] dytirambi *c* ditirambi *f*ζ dydyrambi *V* 7 aut luctus — tale] *om. c*ζ 13 quam habet ratio *c*ζ 16 autem *Γ′f V*] *om. c*ζ 17 lenem] acrem *c*ζ satyram *ν*ζ] satiram *Γf Vc* 20 quid *c*ζ] quod *cett.* debeo facere] faciam *c*ζ

multis se potionibus compleant, quo facilius his somnus accedat (*Γ′fEVcζ*

Dicit autem uel hoc melius esse, quam quemquam periculo lacessere (*Γ′fV*

Trebatius ait: qui uolunt multum dormire, uncti ter natent Tiberim et multum bibant (*Γ′fV*

9. § Sub noctem (*cζ*)] Prope noctem, sero aduentante nocte, idest uespera (*ΓfVcζ*

⟨Habento⟩] Iuris uerba inducit loquente Trebatio, sicut Virgilius (*Aen.* IIII 624. VI 153):

> Sunto.

Hoc autem assidue iuris consulti (*ΓfV*

10. 11. *Aude C⟨a⟩esaris i. r. d. (*c*)] Quasi difficile sit, quasi uix possit impleri (*Γfcζ*

14. *Fracta cuspide (*ν*)] Quia uulneratus est hostis; ut (*Verg. Aen.* VIIII 412. 413):

> Et uenit aduersi in tergum Sulmonis ibique
> Frangitur (*Γ′ cons. Porph.*

16. § Attamen et iustum (*ν*)] Idest si res bellicas eius non poteras describere, attamen iustitiam et fortitudinem animi laudare poteras, sicut Scipionis a Lucilio uita laudata est (*Γ′fVcζ cons. Porph.*

17. § Scipiadam (*c*)] Qui Hannibalem reuocatum ex Italia uicit et Africanus est dictus (*ΓfVcζ*

§ Haud mihi deero (*ν*)] Idest faciam, scribam de eius fortitudine atque iustitia, cum oportunitas et tempus fuerit. Non sibi deest is, qui facit, quod sibi opus est et quod oportet (*Γ′fEVcζ*

18. § Cum res ipsa feret (*ν*)] Inuenta oportunitate. Ordo: non ibunt nisi dextro tempore, idest oportuno Flacci uerba (*Γ′Vcζ*

7 aduentante] aduenіente *cζ* 8 uespera] aduesperascente (au: *ζ*] *cζ* 12 autem] ē (*ortum ex* autē) *V* 20 scribere *c* 24 et *γcζ*] *om. rfV* est dictus *rfV*] dictus est *γcζ* 25 idest — iustitia] *om. cζ* 28 oportet] oportet mea. *V*

19. § Non ibunt (ν)] Idest non audient. Dicit de Augusto, qui falsas blanditias non admittat et sit eruditus (*Γ'f Vcζ*

20. § Si palpere (ν)] Assentari, et hic 'palpere' quasi a uerbo deponenti dixit, cum sit actiuum (*Γ'f Vcζ*

Recalcitrat (ν)] Cui si inaniter aduleris, respuit et renuit. Translatio ab equis (*Γ'f V*

§ Est autem sensus: siquis Caesarem ficta adulatione adgrediatur, repugnat et respuit nec se decipi patitur; tutus undique, qui ne blanditiis quidem capiatur (*Γ'f Vcζ*

§ Vndiq. tutus (ν)] Quia ualde tutus est Caesar in omnibus rebus, ideo non delectatur falsis laudibus, idest non potest deludi (*Γ'f Vcζ*

Aliter: idest in omnibus rebus cautus est, qui non possit derideri (*Γ'f V*

21. § Quam t. l. u. (c)] Quam satyram uelle scribere; satyrico carmine (*Γ Vcζ*

22. *Pantolabum s. (ν) ⟨Nomentanumque n.⟩] Nomina luxuriosorum, quos in priore libro (*Hor. serm.* I 8, 11), etiam [Lucilius] carpsit (*Γ'*

23. Exemplo nos terreri significat, etiam si non laedamur; nam quae in alios uidemus fieri, in nos futura credimus (*Γ'f V*

Cum unus quisque timet sibi, tamen odit te, etiamsi non fuerit laceratus (*rν V*

§ Quamquam est intactus (ν)] Quamuis nihil de eo dicis, tamen metuit te quasi satyricum et odit quasi maledicum (*Γ' Vcζ*

4 hoc *V* hic *cett.* palpere *c*] palpare *ζ om. Γ'f V* 9 adgrediatur *r*] adgreditur *γ* ac grediatur *V* aggrediatur *νf* agrediatur *cζ* nec se decipi patitur *rνf*] nec decipi se patitur *V* nec de se dici patitur *γ* nec decipit se *c* se *ζ* (*om. ceteris*) 10 ne *γf Vζ*] nec *rνc* 14 aliter] *om. νV* est cautus *V* 16 satyram *rνcζ*] satiram *γV* scribere *cζ*] describere *cett.* 17 satyrico *ζ*] satir: *cett.* 20 Lucilius *codd.* licentius *Hauthal* Horatius *C. F. Hermann et Lersch*, *del. Gerlach, Lucil.* 23 credimus *r*] credemus *cett.* 27 satyricum *rνcζ*] satir: *γV*

Idest cum timet aliquis flagitiosus propter conscientiam suam, ne de eo aliquid dicas, etiam si taces, odit te (*Γ′ f V*

24. § Quid faciam saltat M. (*cζ*)] Quid faciam? Vitium habeo, ut multi habent; nam Milonius scurra, si ebrius fuerit, saltare non desinit (*cons. Porph.*). Similiter et ego hominum commissa tacere non possum (*Γ′ f Vcζ*

Milonium ait ebrietate dissolui, ut contra decus saltet et plures ex una lucerna ei uideantur (*Γ′ f V*

25. § Numerusque l. (*ν*)] Idest opinione ebrii accedit numerus lucernarum, quia, qui ebrius fit, non unam putat se uidere lucernam, nec unam lunam arbitratur aspicere (*Γ′ f Vcζ*

*Iuuenalis (6, 305):

Et geminis exurgit mensa lucernis (*Γ′*

26. Castor quoque et Pollux ex uno ouo nati diuersa studia habent (*Γ′ V*

27. § Quot c. u. (*cζ*)] Terentianum illud (*Phorm.* II 4, 14):

Quot homines, tot sententiae: suus cuique mos

(*sim. Porph.*)

Singuli homines singula studia habent (*Γ′ Vcζ*

29. *Melioris utroque (*ν*)] Hoc est: qui melior fuit et me et te, o Trebati, uita sua, idest censu et natalibus me antecedit; fuit enim ualde nobilis Lucilius, utpote qui esset Magni Pompei auus (*Γ′*

30. § ⟨Ille u. f.⟩] Hoc Lucilius ex Anacreonte Graeco traxit et Alc⟨a⟩eo lyricis, quos ait Aristoxenus (*fr. 52 = hist. Gr. fr. uol. II p. 285 C. Müller*) libris propriis uice amicorum usos esse (*Γ′ f Vcζ cons. Porph.*

13 aspicere *γfνcζ*] se inspicere *r* perspicere *V* 20 mos] mos est *c cons. ζ* 27 uelud fidis *ν* 28 aristoxenus] aristophanes *cζ*

§ Dicitur enim suam uitam scripsisse in opere suo et non sibi pepercisse (*Γ′ f Vcζ*

32. § Quo fit (*νcζ*)] Vnde fit, ut ita lucida sit uita ipsius, quemadmodum ex uoto imago aut in templo aut in publico posita indicet, quicquid est pictum (*Γ′ f Vcζ*

§ Ordo: fit ut omnis pateat uita senis ueluti [in] uotiua tabella descripta, quoniam solent naufragi se pingere et consecrare in aliqua aede (*Γ′ f Vcζ*

33. § Votiua dicitur tabula, quae ponitur in publico, in qua scribitur uita boni ciuis decernente ciuitate (*Γ′ f Vcζ*

§ ⟨De⟩scripta ⟨tabella⟩ (*ν*)] Idest picta in tabella, ut naufragi solent tabulam portare depictam (*Γ′ f Vcζ*

34. § Lucanus an Apulus anceps (*ζ*)] Quia Venusium oppidum confinio Lucaniae et Apuliae positum est (*sim. Porph.*), quae ciuitas habitatur a Romanis colonis, missis eo ob eam rem, ut, siue Apuli siue Lucani bellum mouerent, prohiberentur (*Γ′ f Vcζ*

35. *Sub utrumque (*ν*)] Iuxta utrumque ut ‘sub lucem’ pro ‘iuxta lucem’ (*Γ′*

§ Idest ad hoc oppidum missus erat colonus eo tempore, quo a Romanis Sabini sunt uicti (*Γ′*(*rfν*)*Vcζ*

§ Anceps (*ν*)] De se ipso ait: utrum sim Lucanus an Apulus. Venusium enim oppidum est, ubi natus est Horatius (*Γ′ Vcζ*

35—39. [Venusinus populus olim Romanus fuit, sed modo nomen trahit a ciuitate uel oppido, ad hoc missus ut rebellem Apuliam uel Lucaniam incurrere Romanis uetaret (*Vcζ*

1 enim] *om. f V* 4 *prius* aut *om. cζ* 5 indicet *rνf*] iudicet *γ* uidelicet *Vcζ* 6 ordo] aliter ordo *V* fit] quo fit *cζ* in *cζ om. cett.* 10 ciuis *Γ′*] cuius *V* cuiusque *fcζ* 13 tabulam *Γf Vcζ*] tabellam *ν* 15 confinio] in conf: *cζ* infinio *f* 21 idest *νf V*] *om. Γc* 22 uicti] deuicti *r* 24 uenusinum *νcζ* 26 fuit] *om. V* 27 ad hoc] *om. cζ*

37. § Quo ne p. u. (*cζ*)] Vt ne per uacantem locum Sabellis expulsis peruium iter esset Lucanis ad Romanos (*Γ′ Vcζ*

39. § Sed hic stilus (*ν*) ultro (*Γ′*)] Ego neminem ultro lacesso, sed ita utor lingua mea ut gladio, magis ad tutandum me quam alium lacessendum (*Γ′ Vcζ*

40. *Animantem (*ν*)] Viuum hominem habentem animam (*Γ′*

42. *O pater (*ν*)] Optantis est, ut quoque (*Verg. Aen* X 631. 632):

Vt o potius formidine falsa
Ludar (*Γ′*

43. Telum (*ν*)] Stilum suum dixit, idest ut non sit causa, cur utar hoc stilo (*Γ′ V*

47. *Ceruius Ascanius libertus accusauit Lucilium Caluium (*Γ*

⟨Ceruius⟩] Hic accusator quidam fuit et calumniator uel causidicus (*rν V*

Nam unusquisque hac re minatur, qua ualet (*Γ′ V*

Et urnam (*ζ*)] In qua sortiebantur iudicium (*Vcζ*

§ Et urnam (*ν*)] Quia eiciebantur iudices, ex quibus fiebat reiectio (*Γ′ Vcζ*

§ ⟨Vrnam⟩] Idest mortem (*Γ′ Vcζ*

48. *Canidia Albu. (*ν*)] Deest filia, ut Virgilius (*Aen.* VI 36):

Deiphoebe (*leg.* Deiphobe) Glauci;

alii uxorem dicunt (*Γ′ cζ*

*Canidia (*cζ*)] Pro Gratidia (*Γcζ*

*Albucius quidam ueneficus, matris extinctor (*Γ′ sim. Porph.*

17 hic *r*] *om. ν V* 20 in qua — iudicium *Vcζ*] *om. Γ′* 21 quia *Vcζ*] qui *ν* qua *Γ* iaciebantur *ν* eiciebantur *cett.* reiciebantur *Hauthal* 23 *ante* idest *Vc exhib.* iudicium, *ζ* uidi 24 ut uirg: — Vt quo (*u.* 50)] ut, *reliquis propter homoeoteleuton omissis* ut] *om. γ* 26 deiphoebe *ν* deiphebe *Γ*

49. *Turius quidam corruptissimus iudex hic est, cui ⟨H⟩ortensius propter fratrem Varronem ceratas diuersi coloris tabellas dedit (*ex Porph.*). Aliter: Turium Marinum iudicem significat, qui accepta pecunia secundum eos pronuntiare sit solitus, qui fidem suam corruperint. Hic quoque tempore Verris reus erat et ut sciret, qui secundum uoluntatem suam iudicasset, quia nomina sua centumuiri non adiciunt, diuersi coloris tabulas fertur dedisse. Aliter: Turius, qui solebat iudicare, hoc dicit: si me iudicante ad iudicium uenerit inimicus meus, dampnabitur (*Γ′*

50. § Vt quo (*νcζ*)] Idest quomodo unusquisque hac re terreat inimicos suos, in qua re ualet, et quomodo hoc imperet natura, cognosce (*Γ′f Vcζ*

52. 53. Intus (inter *V*) monstratum (*νV*)] Est a naturali sensu institutum (*Γ′f V*

53. 54. § Vnde nisi intus (*ζ*)] Ostendit natura unumquemque ea minari inimicis, quae possit perficere (*Γ′ Vcζ*

§ Scaeua quidam luxuriosus dicebatur fuisse et pronus ad artes magicas. Is habuit matrem anum, quae est aetas luxuriosis molesta (*Γ′f E Vcζ*

§ Crede (*νζ*)] Committe huic uiuacem matrem et non faciet aliquid ista dextera, sed ueneno utetur pia dextera, idest non eam perimet gladio (*Γ′f Vcζ*

54. § Mirum (*νcζ*)] Idest miraris, quia dixi: non

1 *totum schol. de* Turio *suspectum habet Pauly* 2 ortensius *γν* arcensius *r* 6 reus uerris *codd.* uerris reus *edit.* 8 diuersi — dedisse *ante* et ut *pon. codd., huc transposuit K.* tabulas *Γ et Porph.*] tabellas *ν* 14 imperet *c*] imperat *Γ′f Vζ* natura cognosce *Γf*] cognosce *ν* cognosce natura *V* cognoscens natura *cζ* cognosce ex natura *edit.* 15 est *Γ V*] *om. νf* 16 sensu *edit.*] censu *codd.* 20 scęua *E*] sceua *γνc* seua *r Vζ* scena *f* quidem *cζ* lux: dic: *νE Vcζ*] dic: lux: *Γf* 23 comm: idest c: *ζ cons. c* 24 ista dextera] ista dextra *ν* pia dextra *cζ* sed — dextera] *om. ν* sed] si *cζ* pia dextera] *hic om. νcζ* 26 idest] *om. cζ* non miraris *r*

utitur dextera sua ad occidendum matrem; noli mirari, nam eam occidit ueneno (*Γ' Vcζ*

56. § Vitiato (*γζ*)] Corrupto; quia unaquaeque res alterius permixtione corrumpitur (*Γ' Vcζ*

§ Idest melle ueneno corrupto eam poterit enecare (*Γ' f Vcζ*

60. § Quisquis erit uitae color (*ζ*)] Idest quicumque me uitae exitus manet, siue diu uiuere liceat, siue cito necesse sit deperire, siue pauper, siue diues, utrum Romae an exul futurus, tamen scribere non desistam (*Γ' f Vcζ*

§ O puer ut sis (*ζ*)] Idest o Horati, ne non sis uitalis metuo, idest ne cito pereas metuo; nam potest te quicumque maiorum a te lacessitus occidere (*Γ' f Vcζ*

62. *Frigore te feriat (*ζ*)] Morte te afficiat, quae frigida est, ut poeta (*Verg. Aen.* IIII 385):

Frigida mors (*Γ' fcζ*

§ Quid* cum est L. (*cζ*)] Idest quid passus est Lucilius, cum in multos dixisset principes ciuitatis? (*Γ' f E Vc; textus scholii excidit in ζ, non lemma*

64. Detrahere pellem, hoc est: unumquemque superficie ipsa nudare, ut uitia detecta elucerent, quamuis aliquo uelamine celarentur (*Γ' f V*

Idest quia pelle ille, qui uitiis latebat, nitidus incedebat per conspectum omnium ut bonus ciuis (*Γ' V*

65. 66. § Qui (*cζ*) duxit nomen (*ν*)] Africanum Scipionem dixit, qui Africam funditus Numantiamque deleuit, unde postea Numantinus est dictus (*Γ' (rfν) Vcζ*

67. Ingenio o. (*cζ*)] Idest laesi uel irati sunt illi duo duces idcirco, quod Lucilius carpsit Metellum et Lupum ceterosque principes uiros Rom⟨a⟩e (*Vcζ*

*Lupus princeps senatus fuit (*Γ' f*

10 futurus] fuero *cζ*   14 idest morte *cζ*   te *rfcζ*] *om. γν*   17 idest *rf V*] *om. γν Ecζ*   24 bonus ciuis] bonus et iustus *V*, *schol. om. cζ*   28 idest — sunt] *om. V*   29 et] *om. c, lacuna in ζ*   30 ceterosque *V*] et cet: *cζ*   uiros *V*] urbis *cζ*

*⟨Metello⟩] Macedonici filio (*ΓE*

70. *Atque eius a. (*c*)] Scipioni et Lelio (*Γ′c om. ζ*

§Ostendit non maliuolentia Lucilium persecutum fuisse multos, sed amore uirtutis (*Γ′f Vcζ*

71. *Remorant (*v*)] Pro remouerant, sicut Terentius (*Phorm.* I 2, 51):

Commorat omnes ibi nos (*rv*

72. *C⟨a⟩ecilius Metellus consularis; hic filios consulares uidit et ab ipsis elatus est; potens fuit temporibus Scipionis Africani, et cum in seditione quaedam aduersum se facta clamaret, Scipio ait: hi sunt, quos Hannibali eripui; patere ergo, inquit, nos liberos esse. Ob quod et alia Lucilius eum in gratiam Scipionis carpsit, quamuis amicum ipsius (*Γ′f*

Scipio Africanus fertur intra domum tam ciuilis fuisse et carus Lucilio, ut quodam tempore Laelius circa lectos triclinii fugienti superuenerit, cum eum Lucilius obtorta mappa quasi feriturus sequeretur (*Γ′f V*

74. *Donec d. h. (*c*)] Donec prandium pararetur (*Γ′ E c om. ζ*

75. *'Censum' ideo, quoniam fertur Lucilius auunculus fuisse Pompei Magni; merito ergo et diues fuit (*Γ′f cons. Porph.*

76. § Cum magnis (*c*)] Quia dixi me uixisse cum optimis, idest cum Augusto, cum Pollione, cum M⟨a⟩ecenate et aliis (*Γ′ V cons. cζ*

77. § Et fragili quaerens i. d. o. s. (*ζ*)] Idest putans fragilem se inuenire, quem mordeat, inueniet durum ac solidum; *μεταφορά*: non inueniet, quod iuste lacerare possit (*Γ′ Vcζ*

3 persequutum *f* 8 consularis *γv*] *om. rf* 11 ii *f* 19 paretur *c* 21 quoniam] quia *γ* 25 cum *ante* augusto *γv*] *om. rVcζ* 28 fragilem] *om. cζ* quē *v*] quod *ΓVcζ* 29 *μεταφορα r om. cζ* metaphora *V* metafora *cett.* quod *rcζ*] qui *γvV* lazerare *V* possit *rc*] non possit *γvVζ*

Qu⟨a⟩erens (*ν*)] Idest uolens inuidia fragilem laedere inueniet me solidum. Aliter: inueniet me talem, qui possim resistere mordacibus et maledicis hominibus (*Γ′ f V*

*Offendet] Inpinget in solidum, idest in solidum me atque fortem incurret (*Γ′*

79. *Diffingere (*νζ*)] Infirmare, contradicere, et hoc Trebatius respondit; iuris uerbo usus est. Praetor enim solebat dicere: hic dies diffisus esto. Aliter: idest consentio tibi hoc, quod fortis es, sed tamen caue ut monitus, ne ignorans leges uenias in crimen (*Γ′ f*

81. Quid sanctarum (*ν*)] Participium est sanctarum idest firmatarum ab eo, quod est sancior. Si autem nomen est: quae non debent uiolari (*Γ′ V*

82. § Si mala cond. (*νζ*)] Trebatius mala quasi criminosa dixit, Horatius quasi uitiosa (*Γ′ Vcζ*

86. § Soluentur (*νcζ*)] Idest ridebunt legum XII tabulae. Tu ueniam merebere a iudicibus, si quemquam ipse extra noxam positus iure laceraret (*rνVcζ*

SERM. 2

1. § Qu⟨a⟩e uirtus et quanta (*c cons. ζ*)] Ofellus dicitur poeta Latinus sectam Stoicam transtulisse in Latinitatem (*Γ′ Vcζ*

§ Ordo: quae uirtus sit paruo uiuere discite (*Γ′ Vcζ*

2. § Nec meus est sermo (*ν*)] In hoc sermone sub persona Ofelli cuiusdam Stoici lacerat luxuriosos (*rνVcζ ex Porph.*

4 offendit *ν* idest — solid:] *om. ν* 5 incurret *γ*] incurrit *r om. ν* 6 contradicere] *etiam c, cetera om., ζ omnia om.* 18 noxam *Vζ*] noxiam *rνc* possis iure lacerare *cζ* 22 latinam *V* latinum *cζ* 25 lazerat *V*

3. § 'Rusticus' aut nomen est proprium aut rusticus idest durus, quia dicunt Stoici nullo peccato debere ignosci (*Γ′fVcζ*

§ Abnormis sapiens (*ν*)] Vltra normam philosophiae peritus (*Γ′fVcζ*

§ Crassaque M. (*c*)] 'Crassa Minerua' dicuntur hii, qui ingrediuntur, quod nequeunt implere; ideo et iste sic dictus est, quia sectam Stoicam ingressus implere non potuit (*Γ′fEVcζ*

4. Discite (*ν*)] Idest: nolite inter epulas de mediocritatis bono disserere (*Γ′V*

7. § Inpransi (*ν*)] Ieiuni, sobrii, ut alibi ipse (*serm.* II 3, 257):

Postquam est inpransi correptus uoce magistri

(*Γ′fVcζ*

*Mecum disquirite (*ζ*)] Idest apud me discite (*Γ′cζ*

8. Dicam si potero (*ν*)] Idest quare hoc dico? ut inpransi de uirtute discatis, dicam, si potero (*Γ′fV*

*'Male examinat' aut 'male uerum' idest non uerum, ut (*Verg. Aen.* IIII 8):

Male sana.

'Male examinat' idest non potest de sapientiae bono nequitiam iudicare (*Γ′(γfν)*

§ Male uerum examinat omnis (*ζ*)] Sicut omnis iudex male iudicat, qui est corruptus, ita et mens corrupta multo cibo uerum non potest iudicare. Corruptus iudex recte iudicare non potest: sic et animus non potest bene discernere cibo inpeditus (*Γ′fVcζ*

9. Modo dicit: quomodo possis paruo esse contentus, idest lassus equo aut uenatione aut pugna aut quibusdam

2 nullo] nulli *cζ* ullo *f* 6 hii *γf*] hi *cett.* 24 sicut *edit.*] si *Γ′Vc om. ζ* 26 multo cibo] cibum *Vcζ* 27 recte] ut recte *cζ* 28 inp: *γ*] imp.: *cett.*

[aliis] excercitationibus sperne qualemcumque cibum, si possis (*Γ′ f V*

*Docere uult suauitatem ciborum ex labore prouenire, etsi cibus fuerit uilior (*Γ′*

11. *Gr⟨a⟩ecari (*νc*)] Iocari, ludere [quasi a Graecis haec sint inuenta, et est uerbum deponens. Aliter: Graecari ut (*Plaut. Men. prol.* 11):

Graecissat,

quasi lusus Graecorum sit ac per hoc ludere seque auocare, conuiuiis operam dare] (*Γ′ fcζ*

§ Molliter austerum (*ν*)] Idest seu te pila aut discus delectat studio suo, quo paulatim nimium laborem decipit, uideamus, si post exercitationem copiosum cibum expe[c]tas (*Γ′ f Vcζ*

[Tunc uideamus, si post nimium laborem copiosum cibum desiderabis (*V*

13. § Pete (*cζ*)] Idest iacta in aerem discum, qui cedit omnibus iactatis (*Γ′ f Vcζ*

§ Cedentem aera (*ν Vc*)] Ideo ait, quoniam aer leuis et concauus facile cedit grauiori materiae (*Γ′ fE Vcζ*

15. *Perifrasticos conditum dicit (*Γ′ fE*

16. *Promus (*ν*)] A promendo; qui cellario praeest: cellarius scilicet (*Γ′ E*

18. *Latrantem (*νc*)] Esurientem (*item Porph.*), nimia fame auidum cibi (*Γ′ Ecζ*

19. *⟨Qui⟩ partum (*ν*)] Quomodo inuentum? (*Γ′ E*

20. § Tu pulmentaria (*ν*)] Idest tu post laborem pete qualemcumque cibum; nam uitiosum hominem et

1 aliis *Γ om. νf V* 5 iocari — dare] gręce (grece *c*) iocari ludere *cζ* 6 est *γf*] hoc *ν* 13 exspectas *rV* expectas *cett.* expetas *edit.* 17 pete *cζ*] aliter *Γ′ f V*, *ubi hoc schol. post sequens positum est* 23 collararius *ν* cellarius *Γ om. E* scilicet *ν* si diceret *Γ om. E* 24 esurientem] *om. E* 27 post l:] cum labore *cζ* 28 pete] petes *Vc* petet *ζ* qualemcumque] quemcumque (quecunque *c* quenc: *ζ*) *Vcζ*

senicio debilitatum nullae poterunt delectare deliciae (*Γ′ f V c ζ*

*A Socrate diu deambulante quaesitum est: 'cur ita?' Ait se pulmentaria quaerere (*Γ′ cf. P. et Xen. mem.* I 3, 5

21. *Album scilicet nimietate palloris; et hoc propter nimios cibos s⟨a⟩epe contingit, ut Persius (3, 98):

Atque albo uentre lauatur (*Γ′*

22. § 'Lagois' auis est (*cons. Porph.*), quae leporis carnem habere perhibetur, aut est genus piscis, quod in mari Italo non inuenitur (*Γ′ f E V c ζ*

23. *Vix tamen e. (*ν*)] Idest quamuis potest hominem delectare quiuis cibus post laborem, tamen positis istis duabus speciebus non tibi possum persuadere, quominus edas gallinam et dimittas pauonem (*Γ′*

25. *⟨Veneat⟩] Venundetur (*Γ f*

26. § Spectacula (*ν*)] Ideo delectaris pauone, quia mirando habet spectacula in cauda sua (*Γ′ f E V c ζ*

29. § Carne tam⟨en⟩ quiuis (*leg.* quamuis) (*ν*)] Hoc interrogatiue (*Γ′ V c ζ*

§ Sensus: quamuis enim hoc carne distet, magis tamen illam te petere inparibus formis deceptum? (*Γ′ V c ζ cons. Porph.*

Esto (*ν V*)] Idest concedamus (*Γ′ V*

30. Si te inuitat nouitas, cur similitudo sordet? (*γ ν V*

31. § Vnde datum sentis (*ν ζ*)] Ex qua conscientia nosti, quia iste lupus marinus est potius quam fluuialis?

1 senitio *γ ν* sengnitio *f* sencio *V* senio *r* sensu *c* sensum *ζ*. senitio = senicio *sine dubio exhib. cod. archetypus librorum Γ′ f V, uide stud. Vindob.* 1901 *p.* 112; *sed nescio an praeferas lectionem codicis c* 5 hoc] *om. γ* 8 (lagois *ν V c ζ*) auis est] aut *V* autem *c ζ* quae] *om. c ζ* que *γ V E* 9 quod — inuenitur] *om. E* 17 mirando] admirando *c* miranda *E* admiranda *ζ* 20 hoc *γ*] *om. ν* hac *r V c ζ* 21 illam] illa *c ζ* petemparib. *ν* te peteret *V* te patet *c* te pateat *ζ* inparibus *γ*] imp: *r V c ζ* 23 idest] *om. ν* 27 marinus est potius *γ*] marinus est magis *c ζ* marinus est *ν* potius (pocius *f V*) marinus est *r f V*

Illi enim, qui subtilitate palati gloriantur, melioris saporis aiunt esse pisces illos, qui rapidiore unda exercentur, quam qui languidiore torpescunt (Γ′ f V c ζ

32. *An alto c. h. (*c*)] Quia pisces statim, cum capiuntur, hiant (Γ′ E c ζ

§ Pontesne inter (*c* ζ)] Vnde scis, utrum inter ostia Tiberina an inter pontes eiusdem fluminis? Et est ordo: pontes inter iactatus amnis Tusci an sub ostia eiusdem fluuii (Γ′ f V c ζ

*Dicuntur enim lupi esse meliores, qui aut inter duos pontes capiuntur, ubi aqua concitatior est, aut in ostio fluminis (Γ′ f E

34. *Quem minuas (ν)] Idest quem facies comedendo breuiorem (Γ′ c ζ

35. *Ducit (ν)] Decipit (Γ′ E

§ Quo pertinet ergo (*c*)] Cur, inquit, magnitudinem in mullo laudas, [quam] reprehendis in lupo? Ergo in utroque hoc te delectat, quod est rarius (Γ′ f V c ζ

36. *Proceros autem, quia lupi grandem et (*leg.* grandes) duriorem carnem habent (Γ′ c ζ

38. ⟨Ieiunus rari⟩] Inops rari cupidus. Alii 'rare' legunt, cum in usu habeamus 'raro' (Γ′ f V

*Vulgaria (ν *c* ζ)] Vsitata, quae cito inueniuntur (Γ′ E c ζ

40. *Arpyis g. d. r. (*c*)] Digna, quae inter epulas Arpiarum ponatur (Γ′ E c ζ

41. *Pr⟨a⟩esentes Austri (ν)] Quasi precibus meis fauentes, ut (*Verg. georg.* I 10):

Praesentia numina, Fauni (Γ′

42. § Quamquam p. a. (*c*)] Corripit se, quasi frustra

1 palati gloriantur Γ V c *cons.* ζ] gloriantur *f* gloriantur palati *v* 2 illos] *om.* γ 6 ostia γ] hostia *r v f V c* ζ 8 pontes inter — fluuii] *per neglegentiam om. c* ζ ostia γ *v f*] hostia *r V* 12 ostio *E*] ostia *v* hostia γ *f* 13 comedendo *v c*] *om. r* commedendo γ ζ 17 quam *c* ζ 19 proceros autem] *om.* Γ′ 30 quamquam — luxuriosis] *om.* ζ

Austros uocauerit, cum luxuriosis necesse sit suas putere delicias (*Γ′fEVcζ*

43. *⟨A⟩egrum (*c*)] Fastidientem (*Γ′Ecζ*

*Sollicitat] Vexat (*ΓEcζ*

*Plenus (*ν*)] Aut indigestus, aut plenus deliciarum (*Γ′E*

*'Rapula' neutrum plurale est, cum sit ordo: plenus inulas mauult et rapula. Hoc rapum, huius rapi; diminutiuum hoc rapulum (*Γ′f*

44. §'Acidas inulas' ait, non quia acida est haec herba, sed, cum coquitur, aceto conditur (*Γ′fVcζ*

*Inularum genus est holerum; 'acidas', quoniam quasi acidum sapit (*Γ′*

1 aliter *Γ f V c*] *om. v ε* 6 quodquod *et* quotquod *V; bis enim hunc locum exhibet* 12 pyrgum] pyrgum tabular (*sic in fine uersus*) *c*; 'pyrgum] tabulam' *edit.* 21 ut — e.] *om. ε v* 25 funo *c* 26 metafora *γ v* 29 odiosa] *om. ε E*

*Laudas (*c*)] Seruus (*Γ′fzEc*

23. *Mores a. p. (*c*)] Antiquorum hominum uitam (*Γ′fEc*

24. *Hic probat inconstantem esse Horatium (*Γ′fc*

25. § Aut quia non sentis (*v*)] Duas res dicit interuenire, quibus instabilis sit, aut quod non intellegat, quae asserat, aut quod non sit firmus ad ea tuenda, quae dicit (*Γ′*(*rfv*)*zVc sim. Porph.*

Duas causas dedit inscientiae et inconstantiae (*Γ′εfzV sim. Porph.*

27. *⟨E caeno cupiens⟩ euellere ⟨plantam⟩ (*c*)] Exire ex gurgite uitiorum (*Γ′fEc*

29. *Leuis (*c*)] Inconstans (*Γ′*(*rfv*)*c*

30. *Laudas s. h. (*c*)] Domesticam cenam (*Γ′fEc*

*Dicis: nihil est melius, quam prandere domi (*Γ′fzc*

32. *Potandum (*c*)] Epulandum (*Γ′fEc*

33. *Serum (*c*)] Pro sero (*Γ′fEc*

*Prima l. (*c*)] Prima lumina dicuntur in initio noctis accensa (*Γ′*(*γfv*)*Ec*

34. *Nemon o. (*c*)] Verba domini festinantis ad cenam libere seruus inducit (*Γ′c*

*Quasi lauturus cum oleo et cenam ita petiturus (*Γ′fE*

35. § Blateras (*c*)] Latras, uociferas, clamas sine ratione (*cf. Porph.*), unde et blaterones (*Γ′fEVc*

*Blaterare proprie est inepte clamare (*Γ′z*

**Μωρολογεῖς* (MOPωΛOYCIC *γ*; *in c lacuna ante* expressit) (*γc*

*Fugis (*c*)] Expressit uelocitatem hominis festinantis ad cenam (*Γ′fc*

36. § Miluius (*leg.* Muluius) (*c*)] Cum tu ieris ad M⟨a⟩ecenatem, Muluius et ceteri parasiti tui discedunt tristes, inprecati tibi ea uerba, quae non debes audire;

8 dixit *fz* dicit *cett.* 9 aut insc: aut inc: *z* 15 est *Γz*] esse *fc* 25 balatrones *Ec* blateranes *v* 32 muluius *Γ* mulium *uel* muluim *v* miluius *fc* miluus *V* 33 inprecati *Γ′ V*] imprecati *f* imprecantes *c*

ideo autem inprecantur, quoniam dolent se priuatos cena patrono [suo] foris cenante (*Γ′ f Vc*

*Aut conuiuae Horatii sunt ab eo festinante derelicti aut clientes M⟨a⟩ecenatis, quos Horatius pascere consueuerat (*Γ′fc*

37. § Supinor (*v*)] Hoc et Horatius et Muluius possint dicere. Aliter: hoc Horatius ait: etenim fateor me risu dissolui, si ille me auidi uentris dicat, qui est gulosior, quippe qui et meam appetat mensam. Nidore autem non 'odore tracto', sed 'risu', unde et 'renidet' (*ex Porph.*) (*Γ′ f Vc et v alt. l.*

§ Dixerit (*v V*)] Pro: dixerat (*leg.* dixerit) quis. Si Horatii uerba sunt, 'ille' Muluius intellegendum; si uersa uice, Horatius (*Γ′ Vc*

38. *Duci (*γvc*)] Luxuriosum esse et duci escis pretiosis (*Γ′c*

§ 'Leuem nasum' nidore supinatur, qui nimium delectatur et inclinatur odoribus pulmentariorum (*Γ′ fz Vc*

*Leuem (*c*)] Sagacem (*Γ′c*

*Supinor (*c*)] Quasi sequens odorem supinor, ut solent facere, qui aliquid odorantur (*Γ′fc*

39. *Popino (*v*)] Amator popinarum hic popino, huius popinonis (*Γ′fEc*

40. *Tu cum s. (*c*)] Hoc item seruus libere satis, quia dictum: age libertate Decembri (*Γ′fEc*

41. *Velut m. (*c*)] Quasi abstinentior, quasi magis integer (*Γ′fEc*

43. *Deprehenderis (*c*)] Inueneris (*Γ′fEc*

1 autem] *om. V* inprecabantur *V* imprecantur *c* 2 suo *om. γ, ante* patrono *ponit V* 5 consuerat *rv* 6 *de c uid. appar. ad schol. sequens* miluus *V* miluius *fc* 7 possint *γf* possunt *rv alt. loco Vc* possit *v alt. loco* 9 mensam] uitam *v utrubique f* 13 miluus *V* miluius *fc* intell: — horatius] intelligendus est hoc tamen et horatius et miluius possunt dicere uel hoc et horatius ait: etenim fateor — renidet *c* = *schol. antecedens* 18 et — pulm:] *om. v* 26 quasi m: i: *Γ′*] *om. fE* quasi] et *c*

45. § Dum qu⟨a⟩e C. (*c*)] De Crispino et in primo (*serm.* I 1, 120. 121) iocatur:

Ne me Crispini scrinia lippi
Compilasse putes (*Γ'Vc*

48. *'Nuda quaecumque' idest meretrix, quae stat in sistris (*ΓfEz*

49. *⟨Turgentis⟩ uerbera ⟨caudae⟩ (*c*)] Virilis membri pulsationes (*ΓEc*

§ *Περὶ ὀχεύοντος λέγει.* Scilicet dum ipsa iacet et ego supra eam sum (*ΓfzVc*

50. § Clunibus (*c*)] Suis (*ΓfzVc*

*⟨Aut agitauit equum⟩] Idest dum ego iaceo supinus et ipsa supra me crisat (*ΓfE*

§ Equum appellauit membrum uirile ab eo, quod supra illud sedet. Ideo permansit in metaphora dicendo 'agitauit' idest crisauit (*ΓfzVc*

*Supinum (*c*)] Vt mulier stet super uirum (*ΓfE sim. c*

51. § Dimittit (*vc*)] Hoc est: dimittit me meretrix, hoc est: exeo de cella meretricis neque mala laborans fama neque sollicitus, ne alter me aut formosior aut ditior capiat meam amicam (*Γ'fzVc*

*Solicitum (*c*)] Timentem (*Γzc*

53. § Tu cum proiectis (*v*)] Inuehitur in equitem Romanum siue in Horatium, qui deposito habitu, ne cognoscatur, exit de adulterio obtecto capite, nequis illum uideat (*Γ'fVc*

*Non licebat equitibus Romanis anulis uti, nisi a praetoribus donati fuissent; anulo ergo equestri, quem quasi eques bonus a praetore meruisti (*Γ'fc*

46—91 *deficit cod. Hor. v rebus obscenis ex industria deletis*
7 uirili membri] *om. E* 9 *περὶ ὀχεύοντος λέγει K.*] *περιοχευοντος λετει Γ, in c lacuna, sine lacuna om. fzV περιοχὴ τοῦ ἀναβάτου Hauthal* 15 metaphora *rf*] metafora *γzV* methaphora *c* 17 ut mulier — uirum] quia mulier ascendit supra marem *c* 19 mala *Γ'fzc*] *om. V* 20 aut formosior] fortior *c* 21 amicam meam *z*

54. § Ex iudice (*c*)] Ex electo uiro, quia eligebantur iudices. Dama autem seruile nomen est, ut (*Pers.* 5, 76):

Hic Dama est non tressis agaso (*Γ f V c*

56. *Induceris (*c*)] Scilicet in domum adulterae (*Γ f E c*

57. *Altercante (*c*)] Repugnante (*Γ f E z c*

Idest in te simul timor et libido repugnat, dum et cupis et times adulterium committere (*Γ f z V*

58. § Quid r. (*c*)] Idest nihil interest inter gladiatorem et adulterum; nam gladiatores ita se uendunt et cautiones faciunt: uri flammis, uirgis secari, ferro necari (*Γ f V c*

Aliter: inter gladiatorem moechumque nihil interest. Et haec uerba sunt eorum, qui gladiatores emunt, conditionem proponentium, quibus se uendunt. Cautiones dando huiusmodi faciebant: uri flammis, uirgis secari, ferro necari (*Γ f V*

59. *Auctoratus (*c*)] Addictus, condempnatus. Qui se uendunt ludo, auctorati uocantur; auctoratio enim dicitur uenditio gladiatorum (*Γ f c*

An t. c. (*c*)] Idest an in adulterio conprehensus in arca concludaris ab ancilla, quae conscia est adulterii dominae suae, ne te maritus inueniat? (*Γ f z V*

60. *Peccati c. (*c*)] Pro ea, cum qua adulterium commisisti, aut ancilla eius (*Γ f c*

61. *Contractum (*c*)] Propter angustias arcae (*Γ E z c*

*Describit in angusta arca inclusum (*Γ f z c*

1 indices eligebantur *V c* 2 dama *f*] clama *c* damma *Γ V* 4 dama *f c*] damma *Γ V* 15 uerba sunt] fuit (*leg.* sunt) uerba *V* 16 condicionem *Γ V*, *def. f* 17 dando *r* đđ *γ* dederunt *V* namque *f* 22 conpr: *f z*] compr: *Γ V* in a: concl:] claudaris in archa *c* 26 eius] heri *c* 29 describis *c* descripsit *Γ z om. f*

62. *In ambos (*c*)] In adulterum et in adulteram (*Γ f E c*

63. *Haec *πρὸς ἀντιδιαστολήν* dicta sunt; nam tu supra adulterium committis, quoniam et deposito habitu ingenuitatis indueris turpem, nequis te cognoscat (*Γ*

64. *Non h. m. (*c*) Quoniam potest ueniam sperare (*Γ c*

65. *Cum te f. (*c*)] Cum ad te non ueniat et refugiat (*Γ f E c*

66. *Sub furcam (*c*)] In seruitutem [aut in poenam] (*Γ f z E c*

*⟨Sub furcam⟩] Sub tormenta seruilia. Apud ueteres serui in graui peccato furcae subiciebantur (*Γ f z*

67. *Rem (*c*)] Patrimonium tuum (*Γ f z E c*

68. *Euasti (*c*)] Pro euasisti (*Γ f z E c*

*Credo: metues (*c*)] Ironia, idest non cauebis, ne impiger incidas in adulterium (*Γ E c cons. f z*

69. § ⟨Quaeres⟩] Idest cum euaseris ex adulterio, idem quaeris te in adulterium inmittere, ut conprehensus incipias poenas timere, et ultro ipse appetis mortem (*Γ z V c*

72. Putas te moechum non esse, si non palam in feminas irruis (*Γ z V*

§ Iam u. p. (*c*)] Hoc uult dicere, quod interdum non committimus scelus, quia poenam timemus, non quasi boni homines; ergo et ille moechus aut fur iudicandus est, qui, cum habeat cupiditatem committendi adulterii siue furti, timore poenae se abstinet (*Γ z V c*

73. § ⟨Sapiens⟩] Timens; legitur et 'prudens' sub eadem significatione (*Γ f V c*

3 *προσαντιαιαστολην γ*, *recte r* 10 aut in poenam] *om. c* 16 ironia *r*] yronia *γ f E* hyronia *c* yronice *z* 18 idest *γ V*] pro *f c* quia *z om. r* 20 penam *z* appetis *Γ V*] appetas *z c* 22 non esse mechum *V* 25 timemus poenam (penam *c*) *V c* 27 habeat] habet *c*

*Periclum (*c*)] Poenam, quam metuit unus quisque (*Γfc*

76. *Tot t. q. (*c*)] Cum sis me peior in uitiis (*Γzc*

⟨Vindicta⟩] Virga, quae ante inponebatur super caput eorum, qui manumittebantur; tribus namque rebus manumissio fit: uindicta, censu, testamento (*ΓzV*

79. § Siue uicarius est (*c*)] [Qui seruo paret.] Idest soletis uos ingenui disputare, utrum seruus serui uicarius dicendus sit an conseruus; ergo cum tu dominus meus aliis seruias, idest uitiis et uoluptatibus, ego tuus conseruus sum aut uicarius (*ΓzVc*

80. *Nempe (*c*)] Interrogatiue (*ΓEc*

82. § Duceris ut n. (*c*)] Idest traheris aliena potestate ita, sicut solet trahi alienis uiribus lignum mobile (*ΓzVc*

*Ludus est quidam; plerumque enim simulacra facta de ligno neruis mouentur (*Γf*

83. *Quisnam igitur (*c*)] Horatius (*Γ*(*rf*)*Ec*

*Sapiens (*c*)] Seruus (*Γ*(*γE*)*c*

*⟨Imperiosus⟩] *Ἀρχικός*, qui libidinibus non ducitur, qui sibi imperat (*Γfz*

85. *Responsare (*c*)] Resistere, contradicere (*Γzc*

86. *Et in se ipso totus teres (*c*)] Aequalis, constans (*Γfc*

§ In se teretes dicuntur, qui ab alio non quaerunt, quod (*leg.* quid) faciendum sit, sed ipsi per se inueniunt (*ΓVc*

87. *⟨Externi⟩] Vitii concreti extrinsecus, *τῶν ἐκτός*, i⟨d⟩est quae sunt fortunae (*Γfz*

4 uirga — testamento] uirga qua percutiebantur serui dum liberi fiebant *c*   inp: *V* imp: *Γz*   7 qui s: paret *c*, *om. cett.*   idest soletis uos] soletis uos inquit *c*   16 plerumque — mou: *om. f*   de ligno facta *r*   20 *αρχικος Γ*] *om. fz*   21 qui sibi imperat] *om. z*   23 constans] *om. f*   26 quod *codd.*] quid *edit.*   28 extrinsecus — fortunae] *om. z*   concreti extrinsecus *r*] concreti *γ* extrinsecus concreti *f qui cetera omisit*   *τωνεκτοτιē γ τωνεκτοσιē r τῶν ἔκτοθι ἐόντων Hauthal*

§ Metaphora a leui ligno siue marmore, supra quod, siquid imponas, haerere non potest, sed labitur; ita et philosophum si tetigerint uitia, haerere non possunt, sed labuntur et cadunt ab eo (*ΓfzVc*

§ ⟨Per leue⟩] Per illecebra blandimenta; nam blandiuntur nobis honores (*ΓVc*

88. *⟨Manca⟩] Inualida, inefficax, quoniam nocere sapienti non potest (*Γf*

§ Potesne (*c*)] Idest non potes te dicere liberum esse, quoniam seruis libidinibus (*Γ'fzVc*

89. *Ex his (*c*)] Quae dixi habere sapientem (*Γfc*

91. *Gelida (*c*)] S. aqua (*Γzc*

92. *Eripe t. (*c*)] Seruitio; nam seruis mulieri propter amorem (*Γ'fzc*

*Non quis (*c*)] Non potes (*Γ'fEz*

94. § ⟨Versat⟩] Circumagit et retorquet in uitium (*ΓVc sim. z*

95. *Pausius quidam fuit pictor optimus (*ΓfE sim. z cons. Porph.*

97. § Contento p. m. (*c*)] Quoniam gladiator, dum dimicat, extendit suum poplitem, aut quia, qui adtentus aliquid spectat, erigit se et extendit poplitem suum (*Γ'EVc*

99. *Velut si r. u. p. (*c*)] Laus picturae (*Γ'fzEc*

*Idest ita bene pictos, ut credas uere dimicare (*Γ'fEzc*

100. § Si, inquit, pictura fuerim forsitan delectatus et moras fecero, statim dominus stomachatur (*Γ'Vc*

1 metaphora *rVz*] methaphora *c* metafora *γ* 5 per ill:] illecebre *c* illecebra *ΓV* illecebras *Hauthal* 10 quoniam] qui *c* libidinibus *Γ'* libidini *Vc* dic liber sum (*sic*) *f* uitiis *z* 13 seruus es mulieris *c* 15 *textum scholii om. c* 16 *h. schol. in c perperam ad u. 88 adscriptum falsumque lemma additum, quod quidem Pauly non intellexit* 18 pausius *rz et codices Porphyrionis* pausicus *γE* pausiaca *f* 25 ita] tam *γE* uere] illos *c* 27 forsitan *rvVc* fortassis *γ*

101. § Nequam et cessator d. (*ν*)] Idest ego si intueor picturam, nequam audio; tu uero e contrario laudaris, quasi bene sciens iudicare, qui melior sit pictor. Ita ostendit interdum quoddam uitium liberis quidem laudem, seruis uero culpam afferre, quoniam illos, qui plus possunt, nemo audet coarguere (*Γ′ Vc*

102. § Ni[hi]l ego [sum] si ducar (*ν*)] Idest omnes me dicunt nihil esse. Aliter: idest me si delectauerit bonus cibus, audio nihil, idest abiectus, nullius momenti, quasi luxuriae scilicet deditus (*Γ′ f Vc*

*⟨Libo fumante⟩] Placentae genus, uel certe panis, ut Virgilius (*Aen.* VII 109):

Adorea liba (*Γ′ Ez*

103. *Ironia (*Γ′ f Ez*

105. § Qui tu inpunitior (*ν*)] Idest non soluens poenas, ac per hoc dicit: tu magis pendis poenas luxuriae, quam ego; nam ego uapulo, tibi autem multo cibo et cruditatibus uexatur corpus (*Γ′ Vc*

107. *⟨Inamarescunt⟩] Quia non digeruntur (*Γ′ f Ez*

108. *⟨Inlusique⟩] Ebrietate titubantes, decepti multo uino (*Γ′ f Ez*

110. § Furtiua mutat strigili (*c*)] Ironicos dicit, idest seruus, qui strigilem furatur et mutat illam in uuam, ut comedat, crimine luxuriae notatur; liber uero, qui patrimonium suum luxuriae inpendit, non seruit gulae suae ac per hoc multo magis liber luxuriosus est (*Γ′ Vc*

Strigili (*ν*)] Aeneum, quo sudorem in balneis solent homines tergere. Hodieque in campsariis multae

1 idest] *om. νc* 7 nil *c* idest] *om. c* 8 nil *f* 9 nihil] nil *c* 10 scilicet] *om. c* 11 uel — liba] *om. E* panis *z*] pane *Γ′* 14 ironia *Γ*] yronia *νfEz* 16 dicit] *om. c* 20 decepti — uino] *om. f* 22 IPωN ꝺ *V* ygopie *c* yronia *Γ* yron̄ *z* yronicos *νf* *εἰρωνικῶς Fabricius* 25 inp: *γ*] imp: *cett.* 27 est] *om. Vc* 29 in campsariis *νzV*] in incanpsariis *γ* in capsariis *rf* in cansariis *E* camps: *fast. Ant. a. u. c.* 804; *corp. gloss. Lat.* III 306, 17 *εἱματοφυλακιον* capsarium

sunt strigiles Romae (*Γ'fEzV; hoc schol. in c propter librarii neglegentiam excidisse putauerim*

112. § Dum duceris uoluptatibus, non es tecum, hoc est: non es sanus, quia rectam uiam declinas, quia duceris cupiditatibus (*Γ'fV sim. c*

*Otia recte ponere dicuntur hi, qui otiosum tempus bonis artibus consumunt (*Γz*

113. *Nam mali sibi conscii uolunt se ipsos declinare (*Γ'c*

*⟨Erro⟩] Nomen est (*Γ'Ezc*

*Errones dicuntur, qui inopes sunt consilii; hic erro sicut popino uel ganeo (*Γ'fz*

114. § Curam (*c*)] Malam conscientiam aut curam, quam habemus ex mala conscientia (*Γ'fVc*

116. § Vnde m. l. (*c*)] Horatius iratus est Daui iniuriis, ac per hoc ostendit omnes irasci, siquis eorum uitia conuincat (*Γ'zVc*

118. § Accedes o. a. (*c*)] Quasi octo seruos Horatius in ergastula miserit agri Sabini (*Γ'fzVc*

SERM. 8

1. § Nasidienus eques Romanus in aliis elegans, in enumeratione autem lauticiarum suarum putidus. Quaerit nunc a Fundanio amico suo poeta, quemadmodum eum Nasidieni iuuerit cena, quem praecepta cenae dedisse superius Catius demonstrauit, et quidem sine nomine. Nam hoc ex sequentibus apparet, quod idem sit Nasidienus Epicureus (*Γ'zVc*

3 dum — sanus] *om. f* 10 *in c* nomine *legitur, tamquam pars sit scholii antecedentis, idque recepit Pauly* (!) 12 uel ganeo] *om. z* uel] *om. f* 16 eorum *γ*] illorum *rzVc* ///m *v* 19 miserit in erg: *c* 22 putidus *vzc*] putidius *ΓV* 23 amico *Γ'z*] *om. Vc* 25 et quidem *v*] equidem *cett.* nam *Γ'z*] iam *Vc*

Fundanium quendam, amicum suum, interrogat Horatius, qualis cena fuerit Nasidieni diuitis, apud quem Fundanius cenasset (*Γ′V*

*⟨Iuuit⟩] Delectauit (*Γ′fEc*

2. *Et here et heri potest dici (*Γ′E*

*Here pro heri (*c*

6. *⟨Lucanus⟩] Valentissimus (*Γ′fE*

*Species pro genere, ut s⟨a⟩epius apud lyricos (*Γ′fEzc*

7. *Idest in amoenitate captus est, ubi non erat aestus. Vnde potuit diu seruatus non putrescere. Nam Auster dum mouet aestus, putrescere facit carnem, quod dixit alibi (*serm.* II 2, 40. 41):

At uos, Austri, coquite horum obsonia (*ΓEz*

*Pastor, pater familias, exhibitor, *ὁ ἀρχισυμποσιαστής* (*Γ′z*

*⟨Acria⟩] Aut quae habent quandam acrimoniam, aut quae cum aceto condiantur (*Γfz*

9. *Peruellunt (*c*)] Cum quadam delectatione pungunt et suscitant (*Γ′zc*

§ Excitant, exhortant ad edendum (*ΓzVc*

§ Nam ista uellicant et mouent stomachum ad *ὄρεξιν* et ad comedendum (*ΓVc sim. z*

*'Siser' genus holeris ad stomachum utile (*Γ′fz*

8 ut — lyr:] *om. vEzc* 12 quod — obsonia] *om. z* 14 opsonia *E* 15 ΟΑΡΧΙCΥ̇ΜΡΙΟCΙΑCΤΗC *γ* ΟΑΡΧΙCΙΜΠΟCΙΑCΤΗC *z, om. r, in v legi potest* . . . CΥΜΠΟCΙΑ . . . 20 suscitant *vc* exsuscitant *γ om. rz* 21 excitant exhortant *K.*] excitant exertant *r* excitant *γz* exhortant *V* exhortantur *c; Vc haec uerba* 'exhort: — ad comedendum' *ineptissime inserunt post schol. II 7, 114 itemque Pauly* (!) *uerba* 'excitant ad edendum' *non exhibet v* cedendum (*ortum ex* cōedendum?) *r* 22 orexin *z* opexin *γ* opezin *V* orezin *r om. c uacuo relicto spatio* 23 et *ΓV*] idest *c* comedendum *rc*] commedendum *γ* edendum *V* 24 siser *z*] *om. Γ′f* holeris *Γ′z*] oleris *f*

*⟨Fecula Coa⟩] Fecula uua pinguis decocta usque ad crassitudinem mellis ac refrigerata, utilis stomacho (*v z*

*'Fecula' cum fece Coi uini diminutiue dixit. Aliter: genus uuae decoctae (*uid. schol. antecedens*), aut Graece siser genus herbae, quae ad orexin datur (*Γ z*

10. *⟨Acernam⟩] De acere factam mensam: haec acerna, *τὸ σφένδαμνον*, unde fiunt tabulae (*Γ′*

11. *Gausape (*c*)] Mappa uillosa (*Γ′ f E z c*

*Hic gausapes (*Γ′ f*

12. *Iaceret (*c*)] Remaneret (*Γ′ z c*

13. *Offendere (*c*)] L⟨a⟩edere oculos, mouere fastidium et horrorem facere (*Γ′ c sim. f*

*Quasi una de *κανηφόροις* (*Γ z cf. Porph.*

*Vt A. u. (*c*)] Quae sacra in capite solet portare (*Γ′ f E z c*

15. §Maris e. (*c*)] In quo aqua marina non mittitur, idest sine marina aqua (*Γ V c*

§In Graecia solet uino aqua marina misceri, ut non facile corrumpatur. Expers ergo sine marina aqua (*sim. Porph.*); siue quod aquam marinam ducat, per mare dum transfertur; ergo expers, quod per terram aduectum est, non per mare (*Γ V c*

16. *Hic herus (*c*)] His apparatis subaudimus 'ait' dominus prandii (*Γ′ c cons. E*

18. §Miseras (*V c*)] Magnas aut sollicitas, et deest 'habebat [Fundanius]' (*Γ f V c*

20. §Summus ego (*Γ V c*)] In summa parte lecti, et subaudiendum 'eram' uel 'fui' (*Γ V c*

3 fecula *z*] *om. Γ* fece *r z*] fęce *γ* 4 dec:] coctę *z* 7 *τοσφενδαμνον Γ*] *euanuit v* 10 rem: *c*] permaneret *Γ′ z* 13 caneΦOPIC *r γ* caneforis *z cf. schol. u.* 31 14 solet in capite sacra *c* 17 idest] *om. c* 18 solet] enim solet *c* 19 aqua] *om. c* 20 mare — terram] *om. c* 21 'aduectum est' *in fine scholii collocant V* 22 non per mare] *om. c* 23 sub:] *om. c* 24 dominus prandii] nasidienus *c* 25 *merae ineptiae! miras res excogitauit, ut adsolet, Hauthal* aut *f c* autem *Γ V* 26 fundanius *om. c exh. cett.* 27 in] princeps in *c*

*⟨Summus⟩] In cornu (*Γ' f E*

§ T⟨h⟩urinus (*c*)] De Thurio oppido Calabriae siue de Thuriis; nam et hoc Thuri⟨um⟩ per omnes casus singulares declinauerunt ueteres et hii Thurii, horum Thuriorum, his Thuriis (*Γ' Vc*

21. § Balatrones dicuntur derisores, liberiores in loquendo, procaciores, abiecti (*Γ f V*

22. *⟨Vibidius⟩] Erat in altero lecto (*Γ' f E z*

*⟨Vmbras⟩] Parasitos (*Γ' f E*

§ Inter hos autem et ad dexteram intellegendum est M⟨a⟩ecenatem fuisse, cuius umbrae sunt (*Γ f Vc*

23. § ⟨Nomentanus⟩] Alter, qui et decumanus erat (*Γ' f E V*

*Mire Nomentanum facit secundum ritum antiquum in me⟨dio⟩ discumbere (*Γ*

25. *Adlusit ad istum Portium, quoniam publicanus erat, quia digito publicani licitationem uectigalium faciebant. Aliter: datur intellegi decumanum fuisse Nomentanum. Scimus autem decumanos, quando licentur, digitos eleuare. Adlusit ad hoc Horatius (*Γ' z*

28. § Noto (*c*)] Subest 'suco', idest omnibus usitato (*Γ' V cons. c*

§ Aliter: noto, quem Nomentanus et Nasidienus nouerant, aut quem ego postea cognoui (*Γ' f Vc*

§ Celecutia (*leg.* celantia) (*c*)] In se habentia, celantia uero haec omnia, quae supra dixi. Aliter: intra se continentia, et omnibus superius dictis neutraliter reddidit (*Γ' Vc*

3 thuris *Γ V* turiis *c*, *v parum liquet* 4 declinarunt *r V* hii *γ V*] hi *r v c* turii *c* turiorum *c* 5 turiis *c* 7 proc: abiecti] *om. f* procatiores *Γ* prouocatiores *V* 11 sunt *Vc*] sint *Γ f* 14 mire — discumbere] *hoc schol. om. omnes editores, emendauit K., uid. stud. Vindobon.* 1901 *p.* 114 16 allusit *r z* /// lusit *v* 18 aliter] *om. z* 19 licentur *r*] licenter *γ* licent *v z* 20 adlusit — hor:] *om. z* adlusit *γ*] *om. r v* 25 in — aliter] *om. c* 26 intra se *r Vc* in se *γ v f* 27 neutraliter *codd.*] naturaliter *edit.*

29. § Patuit (*c*)] Idest intelleximus nouum et ualde optimum ea habere sucum (*Γ*(*γf*)*zVc, v euanuit*

*⟨Passeris⟩] Genus piscis (*Γ′f*

30. *⟨Ingustata⟩] Quae ante non manducaueram (*Γ′Ez*

31. *⟨Melimela⟩] Rubicunda mala (*Γf*

*Ζιζυφόμαλα suauissima (*Γ′fE*

*Vide insanum: dum laudat piscem, poma subiunxit (*Γ*(*γf*)

32. *⟨Delecta⟩] Ex arbore (*Γ′fE*

32. 33. § Ab ipso a. m. (*c*)] Idest qualis sit ista differentia, quod melimela crescente luna rubent, ipse te melius docebit, qui mihi narrauit (*ΓzVc*

36. *⟨Parochi⟩] Pascentis, *ἀπὸ τοῦ παρέχειν*, idest pastoris illius, qui conuiuium praebebat (*Γ′z*

§ Vertere pallor tum par[r]ochi faciem (*c*)] Parochi dicuntur, qui hospitibus publice exhibent necessaria; hic tamen pascentis et domini (*ΓfVc, v euan.*

38. § 'Feruida' ideo quod, qui multum biberunt, iam nesciunt, quid gustant. Nam palatum habent multo uino surdum factum, idest tale, ut iam non possit sentire saporem. 'Subtile' quasi subtiliter et satis perite solet saporem dinoscere. 'Exsurdant' surdum faciunt, ut iam non sentiat saporem (*ΓzVc*, *v euan.*

Subtiles rimas habens; per rimas enim percipit palatum saporum bonitatem (*Γ′zV; propter neglegentiam excidisse uidetur in c*

7 ζυζυφomala *Γ* mala *vE om. f emend. K.; edit. ineptiunt* 11 idest — rubent] *om. c* 12 Crescentur luna rubent (*sic*) *V* 13 docebit *zc*] docet *ΓV* 14 *ἀπὸ τοῦ*] a potu *Γ* apotu *vz* *παρέχειν*] parochin *γz* paroxin *v* parrochin *r* 19 feruida ideo *γc*] idest ideo *rzV, quam lectionem ortam esse apparet ex signo* ·I·, *uide cod. γ ubi hoc signum cernitur suo iure post* h *positum* 20 habent *γz*] autem *V* ait *c om. r* 22 solet enim *c* 24 sentiat *γVc*] sentiant *rz* 25 subtiles *vz*] subtilis *ΓV* palatus *r*

39. ‘Inuertunt’ exhauriunt, consumunt, ebibunt, aut ‘inuertunt calices’ et est *ὑπαλλαγή* (*Γ′f V*

§ Inuertunt (*c*)] Idest exhauriunt; nam quando uas uinarium exhaustum fuerit, inuertitur, ita ut os ipsius humum tangat, *κατὰ κεφαλῆς* (*Γ′f Vc*

§ ⟨Allifanis⟩] Allifanum oppidum Samnii uolunt, ubi maiores calices fiebant. Alii a uico Campaniae, ubi fictiles et subtiles in usu sunt (*Γ′z Vc*

40. 41. *Imi conuiuae lecti (*Γ′*)] Alii exponunt sic: ‘lecti’ electi uiri; hoc est: Maecenas et alii nobiles nihilum nocuere lagoenis, idest nihil biberunt, sed Vibidius et Balatro, qui sunt inferiores conuiuae, epotauere tota uinaria, idest tota uasa, ubi uinum seruatur. Alii sic distingunt: inuertunt Allifanis uinaria tota Vibidius Balatroque secutis omnibus. Distinctio plena usque ‘omnibus’. Imi conuiuae lecti, hoc est: qui in imo lecto erant accubantes, nihilum nocuere lagoenis, idest nihil biberunt (*Γ′, sed v propemodum euanuit*

45. *Hoc Venafrum ciuitas Campaniae (*Γ′f E*

46. *⟨Garo⟩] Hoc liquamen de suco piscis fit (*Γ′f E z*

48. *⟨Dum coquitur⟩] Ius scilicet (*Γ′f E z*

50. *⟨Methymnaeam⟩] Vrbs insulae Lesbi, uel oppidum (*Γ′z*

51. *‘Inulas’ quidam dicunt similes herbas pastinacae (*Γ′z*

*Quidam *γιγίδια*, alii *ὀξυλάχανα* appellant (*Γz*

52. *Quidam sic legunt: inulas et erucas monstraui incoquere ‘in luto’, idest in cinere, ut sit Scurtillus no-

1 consum: — ὑπ:] *om. f* 2 ΥΠΑΜΑΓΗ *V* ypallage *Γ*, *euan. v* 5 ΚΑΤΑΚΕΦΑΑΗC *V lacuna in c om. f euan. v* 7 fiebant] faciebant *v* a uico] *om. γ* campaniae *Γ′ z*] *om. Vc* 11 lagenis *γ*, *euan. v* 12 balathro *r* 13 seruabatur *r* 14 balathroque *Γ*, *v euanuit* 17 lagenis *γ* lagę̄nis *r*, *v euanuit* 27 *γιγιδια Γz γιγγίδια Petschenig ἐλένια Hauthal ὀξυλάχανα K.*] *οzια αχανα γ οzyλαχανα r ιnyλα z* 29 inquoquere *f* idest *rf*] *om. γvz*

men. Alii 'inlutos' echinos legunt, idest cum luto πεπηλωμένους, idest inlutos, ut sit Curtillus nomen, ideoque dupliciter distinguitur (*Γ′fz*

*⟨Curtillus⟩] Proprium nomen Epicurei (*Γ′fz*

54. *⟨Aulaea⟩] Cortina uel uela (*Γ′fz*

*Apud ueteres tensis auleis exercebant laeta conuiuia (*paulum sim. Porph.*), unde permansit consuetudo militibus, ut tentoria habeant (*Γ′z*

55. *Pulueris atri (*c*)] Deest tantum (*Γ′zc*

56. *Quia in planis locis plus pulueris est (*Γ′z*

*In campis uero sita est Campania, unde etiam nomen accepit (*Γ*

57. *Nos maius ueriti (*c*)] [Maiorem] ruinam timentes (*Γ′fc*

58. *⟨Rufus⟩] Idem qui et Nasidienus (*Γfz*

*Vt si filius (*c*)] Tamquam [si] fuisset orbitate perculsus (*Γ′c*

60. *Ni sapiens s. (*c*)] Idest consolando talibus uerbis (*Γ′fc*

63. *⟨Varius⟩] Idem qui et Vibidius (*Γ′z*

*Mappa c. r. (*c*)] Mappam in suum os mittebat (*Γ′f sim. c*

64. *Suspendens o. n. (*c*)] Qui solebat omnia irridere, uel irridens omnia (*Γfz sim. c*

66. §Responsura t. (*c*)] Superant facta tua laudes; hoc est: condigne laudari non potes (*ΓfzVc*

§Illi autem dicit Balatro, qui praebet conuiuium, idest Nasidieno (*ΓfVc*

1 alii — nomen] *om. f* 2 πεπηλωμένους *K., uid. stud. Vindobon.* 1901 *p.* 114 sq.] *πεπηαομενουϲ vz πεπελομενουϲ γ πεπηλομηνουϲ r, Hauthal falso* πεμεμμένους inlutos *v*] inlotos *cett.* 13 maiorem *om. Γ′f* 16 si *c*] *om. Γ′* fuisset] esset *v* fuisset filii *c* 17 percussus *vc* 18 idest] *om. fc* talibus] his *c* 21 mappam — mittebat] mappam enim in ore causa risus ponebant *c* 23 qui — omnia] quia omnia deridere solebat *c* 25 superat *c* facta tua *Γ V*] tua facta *fz* factum tuum *c* 27 balatro *f Vc*] balathro *Γ*

⟨Labori⟩] Quem capis propter exhibenda prandia (*Γ f V*

67. *Accipiar (*c*)] Pascar, εὐφρανθῶ (*Γ z c*

72. § Patinam si f. ⟨a.⟩ (*c*)] Agaso proprie dicitur seruus, qui iumenta curat (*cons. Porph.*). Hic autem satyrice escarum ministrum agasonem appellauit, quem uulgo dicunt infertorem (*Γ f z V c*

73. § Sed c. u. (*c*)] Quemadmodum, inquit, dux exercitus in aduersis rebus probatur, utrum sciat bene opitulari suo exercitui et tutari illum; nam felicitas etiam inperitum militiae celat; ita et conuiuatoris prudentia in aduersis rebus probatur, quemadmodum sciat consolari suos conuiuas (*Γ V c*

Domini conuiuii, inquit, animum et res aduersae nudant et prosperae abscondunt, sicut ducis (*Γ z V*

78. *Idest postquam se Nasidienus leuauit a lecto, coeperunt conuiuae susurrare, quaerentes, quidnam illis Nasidienus allaturus esset, ut comederent; nam ideo surrexit, ut escam afferret (*Γ f z*

*Aliter: ob hoc scilicet, quod ille discesserat. Et notandum, quod ipso uersu imitatus est sonum susurri, ut (*Verg. Aen.* VII 634):

Lento ducunt argento,

et (*Aen.* V 866):

Sale saxa sonabant (*Γ f z*

*⟨Susurros⟩] Subtacitos sermones (*Γ f z*

79. *Idest magis uellem hos cenantes spectasse quam quosuis ludos (*Γ f c*

3 ευφρανθω *γ*] ευφανθω *r om. z* ut ut (*sic*): Illos porticibus rex accipiebat in amplis (= *Verg. Aen.* III 353) *c* 5 seruus *γ V c*] *om. r f z* satyrice *r V c*] satirice *γ f z* 8 inquit dux] dixit *V* dux *c* 10 nam] nam et *V c* 11 inper:] et imperium *c* imperium *V* imperitum *r* 22 ut — sonabant] *om. z*

83. *⟨Secundo⟩] *Ὑποκριτᾷ* subsequente, idest et ipso poscente pocula (*Γfz*

86. §Mazonomo (*c*)] Genus lancis (*item Porph.*), in quo portantur escae, ueluti grande salsare (*ΓzVc*

89. *Nam suauius est solos armos leporis comedere, quam cum lumbis (*Γz*

*⟨Lumbis⟩] Lumbi plus habent carnis, armi uero indigestiores sunt. Oblati sunt igitur nobis armi cum lumbis, quos commodius fuisset solos esse, quam simul cum lumbis (*Γz*

§Vt m. s. (*c*)] Quia in clunibus aliquid habent tetri coloris et saporis minus iucundum (*ΓzVc*

90. *Edit (*c*)] Pro edat (*Γfz*

[Et futurum tempus ab indicatiuo ueteres sic faciebant: edo, es (*V*]

91. *Has merulas dicimus, quomodo has turdas (*Γf*

92. §Nisi causas n. (*c*)] Idest ista pulmenta, quae attulit nobis Nasidienus, suauiter comederemus, nisi nobis narrasset causam, quare partes eorum attulisset et non integra. Intellegimus autem dixisse Nasidienum [se] uermes inuenisse in ceteris partibus, quas non attulit (*ΓzVc*

1 *υποϱϱιτα r* ynoppie *f* ΥΠΟΡΠΙΤΑ *γz* 3 maronomo *c* 4 salsare *rzc*] falsare *V* salare *γ cf.* salsarium (= saucière) *Apicius* 7 uero] *om. z* 9 fuisset] *om. Γ* simul] *om. z* 11 habent *Γz*] habetur *Vc* 12 iucundum *rzV*] iocundum *γ* iucundi *c* 20 se *edit. om. ΓzVc* 21 ceteris *ΓzV*] cunctis *c edit., sed uid. stud. Vindobon.* 1901 *p.* 115

EPISTVLARVM LIBER I.

EPIST. 1

*Epistolarum libri tantum nomine dissimiles a libris sermonum sunt; nam et metrum et materia uerborum et communis assumptio eadem est (*ex Porph.*). Hoc solum distare uidentur, quod hic quasi ad absentes loqui uidetur, ibi autem quasi ad praesentes loquitur. Et hii ultimi sunt sui operis libri, licet scriptorum uitio in multis codicibus locum sermonum occupauerint (*γ cons. F*

*Apparet Horatium hos libros hortatu M⟨a⟩ecenatis scripsisse (*Γ′αb*

1. ‘Prima Camena’ idest principio operis mei (*Γ′ αbfV*

Virgilianum illud (*ecl.* 8, 11):

A te principium, tibi desinet (*Γ′αfV, absc. b*

2. ‘Rude’ est signum missionis artis gladiatoriae. Alii tamen dicunt ‘hoc rude’, alii ‘hic rudis’ (*Γ′αbV*

⟨Rude⟩] Pro ‘rudi’, idest uirga (*Γb; in V nihil extat praeter* ·ı·

Metaphora a gladiatoribus (*Γ′bV*

3. Ludo (*α*)] Officio scribendi. Ludum autem μεταφορικῶς uocauit, ut ostenderet periculosum opus esse

12 idest] *om. Γα* ·s· *b* mei operis *bf* 14 uirgilius *vV* illud *Γα*] *om. vfV, absc. b ut uid.* 17 tamen] *om. vV* 20 metafora *vV* 21 ludum] ideo *V* 22 metaphoricos *b* metaforicos *γαvV*

scribendi, quia post pugnam contulit se ad agri culturam. Aliter: idest antiqua consuetudine scribendi, et perseuerauit in metaphora (*Γ′αbV*

4. Veianius (*α*)] Nomen proprium gladiatoris opinatissimi (*Γ′αbV*

[Nomen gladiatoris et] iucunde hoc exemplum attulit, quoniam superius (*u.* 3) dixerat 'antiquo includere ludo' (*Γ′αbV*

6. In extrema harena. Quia gladiatores petituri rudem de media harena conferunt se ad crepidinem Circi; adeo proximus, ut possit populum tristi uultu [uelocius] exorare. Aliter: idest ne sub circulo Amphitheatri stans petat rudem; nam ibi consuetudinis est stantem gladiatorem petere missionem (*Γ′αbV*

7. ⟨Purgatam⟩] Facilem uel idoneam ad audiendum, idest habeo, qui me s⟨a⟩epius moneat (*Γ′αV*

Est mihi (*α*)] Idest est mihi magister philosophus, qui personet aurem et faciat purgatam, non qui aurem meam purgatam personet, sed qui uerba personet et faciat aurem meam purgatam (*Γ′αbV*

9. Ad extremum ridendus (*α*)] Valde ridendus; peccat enim equus, si usque ad extremum laboret ((*Γ′αV*

*⟨Ilia ducat⟩] Frequenter anhelet (*Γαb*

10. *⟨Ludicra⟩] Carmen lyricum (*Γαb*

11. Quo me duce (*α*)] Qua doctrina, quibus opibus, qua secta, quibus praeceptis philosophiae (*Γ′αbV*

14. Hoc secundum Stoicos, qui non docent, nisi

2 aliter idest] *om. v*, *euanuit V* et] *om. V* 3 metafora *γvV* 4 opin:] *om. b* 6 nomen—et] *om. v* 10 crepidinem *Γb*] crepitudinem *αvV* 11 populum possit *V* uelocius *Γ′αbv om. V* 13 petat rudem] *om. V* consuetudinis *Γ′α*] consuetudo *V* consue| *b* 15 uel] *om. vV* 16 sepius moneat *γα*] s: admoneat *r* doceat sepius *vV* 17 idest] *om. V* 18 non — purg: personet] *om. V* non — purgatam] *om. bv* 19 personet uerba *V* 22 si usque *Γα*] suisque *vV* laboret *Γα*] *om. vV* 27 docent] dixerit *V*

iuraueris te secuturum. Aliter: metaphoricos locutus est a militia, quia iurabant milites in uerba ducis et sic ibant ad militiam (*Γ′αbV*

16. *⟨Agilis⟩] Negotiosus, accinctus, paratus ad laborem (*Γα*

*Facilis, uel mobilis et diuersa appetens (*Γα*

Mersor ciuilibus undis (*α*)] Mire in metaphora perdurauit, quoniam dixerat ‘tempestas’ (*Γ′αbV*

17. Hoc est: Stoicorum sectator sum, qui non dant uirtutem nisi perfectae philosophiae, cum Peripatetici et alii etiam non perfectis honorem derelinquant (*Γ′αV*

‘Satelles’ autem dixit, ut ostendat philosophiam esse reginam (*Γ′αbV*

18. Aristippus Cyrenaicus fuit Epicur⟨e⟩us, qui summum bonum uoluptatem dixit. Ideo ergo ait ‘furtim’, quoniam interdum post uerae uirtutis custodiam uoluptate uincatur (*Γ′αbV*

19. Nam Stoici dicunt natum hominem [ad hoc], ut a re publica regatur, Epicurei, ut homo rem publicam regat. Aliter: quoniam auari pecuniis seruiunt, ideo Horatius quasi philosophus dicit: conor, ut mihi seruiant pecuniae, non ut illis ego seruiam (*Γ′bV*

23. Idest molesta sunt mihi illa tempora et grauia, cum transeant me de philosophia non legente (*Γ′V*

27. *⟨Regam solerque⟩] Regam in rebus prosperis, soler in aduersis (*Γαb*

28. *Linceus uir quidam fuit, qui stans ab uno littore Adriatico uidebat hominem ambulantem in altero (*α*

1 aliter] *om. b*, *qui* met: — mil: *post* hoc — secuturum *ponit* metaphoricos *b*] metaforicos *γανV* metaphorice *r* est locutus *V* locutus *γ* 7 in met: perdurauit *Γαb ut uid.*] perseuerauit in m: *ν* mire perseuerat i: m: *V* metafora *αν*, *recte ΓbV* 8 dixerat *Γ′α*] dixit *V* 11 etiam] et iam *ν* et *Γα* multi *V* 12 sat: — dixit *b*] *om. cett.* 15 dixit *rV*] dicit *γν* dicunt *α*, *euan. b* 16 uoluptatibus deuincatur *α* 18 ut *γbνV*] ad hoc ut *r* 22 illis ego *V*] ego illis *Γ′b* 23 idest *γν*] ideo *r om. V* 24 me de phil: non legente *Γ′*] me non legi. tē. *V*

30. Glyco quidam athleta fortissimus fuit. Alii 'Milonis' legunt, illius Crotoniatis, qui aput Olympias in agone interfectum taurum suis humeris dicitur sustulisse (*Γ′ α b f V*

31. Chiragricus dolor est, qui nodositates quasdam generat in iuncturis manuum, quia chiros (*leg.* chir) dicitur manus, unde chiragrici uocantur [medici], qui manibus laborant. Dicit ergo: si non potest aliquis tantae fortitudinis esse, quantae fuit Glico, non ideo debet corpus neglegere (*Γ′ α b V*

32. Contra eos, qui dicunt ideo philosophandum non esse, quia philosophia conprehendi non possit, hic dicit esse etiam secundae gloriae locum (*Γ′ b V*

Quasi aliquis dicat: quid studes philosophiae rebus, cum non possis peruenire ad summam sapientiam? (*Γ′ α b V*

'Quadamtenus' dixit ut 'hactenus', idest usque ad aliquantum doctrinae peruenire, ut (*Verg. Aen.* III 427):

Pube tenus (*Γ′ b V cons. α*

34. *'Voces' κατὰ τὸ αὐτό (*Γ′ α f*

⟨Dolorem⟩] Idest indignationem tuam, quod sis pauper (*Γ′ α f V*

36. *⟨Piacula⟩] Mire philosophiam expiationem ait esse uitiorum (*Γ α b*

1 glyco *r*] glico *γ v b f V* glic̄ (= glicon) *α* athleta *r α f*] adleta *γ v V* at leta *b* 2 aput *v₁ b pr.*] apud *Γ α f v corr. b corr.* post *V* (*ortum ex* ap̄) 5 chiragricus *α*] chiraicus *γ V* chyragricus *r* chiragicus *v* *parum liquet b* est] *om. α* 7 unde — laborant] *fort. interpol.* unde *γ v α V*] inde *r* chiragrici *γ v α V* chyragrici *b corr.* chigrici *b pr.* chyrurgici *r* uocantur *Γ′ V*] uocant *b* dicuntur *α* 8 ergo] *om. b* 9 glico *γ v α b V*] glico gigas *r* ideo *Γ′ b V*] tamen *α* 12 conprehendi *r b*] compr: *γ v V* 13 esse *K.*] non posse *V* posse *cett.* 15 peruenire ad s: s: *V*] ad summam philosophiam (philosophię *α*) peruenire *Γ′ α b* 16 quadamt: — idest] est quodam prodire tenus idest *α* quadam *r v*] quodam *γ b V corr.* quedam *V pr.* dixit *V*] *om. Γ′ b* hactenus] actenus *v V* hactenus, noue *Γ* idest *V*] *om. Γ′ b* ad *b*] *om. cett.* 17 ut — tenus] *om. α* 19 katatoyautoy *Γ′ α f* 23 esse] *om. r α*

37. ⟨Pure⟩] Bene lecto libro atque recte: sine cogitatione libidinis (*Γ′αbV*

Ita ait 'ter pure' ut ter mergunt, qui se expiant, ut Persius (2, 15. 16):

Merge
Mane caput bis terque et noctem flumine purgas

(*Γ′αbfV*

*⟨Ter pure lecto⟩] Quasi sacrosanctum sit aliquid in praeceptis philosophiae (*Γαb*

40. *Omnis hic locus consonat Tusculanis disputationibus (II 5, 13) (*Γαf*

42—48. ⟨Vides — discere et audire et meliori credere non uis?⟩] Sensus [talis] est: cur non maiora uitia metuatis, cum minora uitia refugiatis? (*Γ′αV*

Vt consequaris honorem et diuitias, omnia perfers et non uis ea discere, quibus possis contempnere, quae sunt periculo comparanda? (*Γ′bV*

43. *⟨Turpem repulsam⟩] Quam tu existimas turpem, non quia ex sententia sua hoc dicit (*Γ′αb*

47. *Vt contempnas ea, quae stulte miraris, non uis discere? (*Γ′b cons. α*

**Ὕστερον πρότερον*: nam prius audimus, postea discimus (*Γαb*

48. ⟨Meliori⟩] Idest doctori, praeceptori, philosopho, et hoc interrogatiue dixit (*Γ′αbV*

1 libro *vV*] *om. Γαb* 6 bis — purgas] *om. V* et — purgas] //// *v* 13 sensus est *γα*] sensus talis est *V* sensus est talis *v* sensus *r* non maiora uitia *Γ*] maiora uitia (uicia *V*) non *vV* 14 refugiatis *K.*] recupiatis *γα Hauthal* recupitis *v* recuperatis *V* suscipiatis *r* cupiatis *b*, *sed falso loco, scilicet inter* 'iani' *et* 'ante' *in schol.* 54, *uid. stud. Vindobon.* 1901 *p.* 115 *sq.* 16 quae *ΓV* queque *bv* quaeque = quaecumque? 17 periculis *b* 22 ΫCTHPOΠPOTHPOM *r* isteron proteron *γ* ysteroproteron *b* ystero proteron *α* 24 idest *vV*] *om. Γαb* 25 dixit *V*] *om. Γ′αb*

49—51. Idest libenter solitum (*leg.* solitus) obire certamina, sed ignobilia. Ideo enim dixit 'circum pagos'. Huic si detur spes sine labore ad Olympiacam coronam perueniendi, magna cupiditate debet accurrere. Quod euenire potest de philosophia, quae praestat sapientiam, idest sanitatis effectum (*Γ′αbV*

Idest omnibus optabile est mereri coronam sine labore, ac per hoc ostendit utilius esse homines per praecepta philosophiae cum otio damna paupertatis releuare, quam per pericula, quae subeunt terra marique (*Γ′αbV*

*'Compita' dicuntur, quae patent in multas uias (*Γαb*

Sensus: quis possit, inquit, ad palmam sine certamine peruenire? Philosophiae autem appetentia sine certamine ducit ad gloriam (*Γ′αbV*

Ipse potest contempnere, cui est spes honestae uitae. Cui est dulcis uita sine palma, ipse contempnit; idest philosophus est (*Γ′αbV*

Sine studio certaminis, quo certamine adquiritur palma (*Γ′αbV*

53. Haec repetitio ostendit contemnendam esse pecuniam (*vbV*

54. Duo Iani ante basilicam Pauli steterunt (*cf. Porph.*), ubi erant loca feneratorum. Aliter: Ianus dicebatur locus, in quo solebant conuenire feneratores (*cf. Porph.*); idest omnes, qui conueniunt ad Ianum, haec locuntur (*Γ′αbV*

1 idest] *om. vV* 2 set *γ* 4 ⟨debet cu⟩piditate *b* cupiditate *Γα*] cupidine *vV* 5 de phil: potest *Γ′αb* 7 optabile *Γ′αb*] optale *V* opitale *v* 9 damna *γb*] dampna *cett.* 10 terra et mari *V* 11 competa *γ om. α* 12 sensus — inquit *et* sine certamine *per neglegentiam om. V* 17 est *r cons. b*] *om. γαv V* 18 adqu: palma] *per neglegentiam om. V* 20 contemnendam (contempn: *v*) esse pec: *vb* p: esse contemnendam *V* 23 erat locus *γαvbV*] erant loca *r* fen: *γvb*] foen: *cett.* 24 (fen: *γαvb*) 25 omnes *rαvbV*] *om. γ* 26 locuntur *rαvb*] loquuntur *γV*

55. ⟨Dictata⟩] Quae in scolis accipiunt (*Γ′ a b V*

Quasi praecepta a parentibus data. Dictata proprie dicuntur, quae pueris a librario dictantur. Aliter: idest has fabulas senes docent et pueri, quibus par inperitia in animo est, ac per hoc sunt contemnenda, quae dictitant. Aliter: maximus minimusque homo Romanus hoc dicit (*Γ′ a b V*

56. Consuetudo quondam fuit Romae, ut iuuenes philosophiae studentes et senatores in Curiam intrantes in l⟨a⟩euo brachio ferrent tabulas ad aliquid exarandum et loculos ad aliquid sibi emendum, ut ostenderetur, quia qui uolunt diuites esse sapientiae primo se studio conferre debent (*Γ′bV*

*'Loculos' dixit, in quibus graphia chartaeque ponuntur (*Γα*

58. Alia subiectio: sed plebeius eris, si a quadringentis milibus sex aut septem milia minus habueris, quia Otho Roscius, tribunus plebis quidam, iussit non debere fieri equitem Romanum, nisi eum, qui habet quadringenta milia (*Γ′αbV*

59. ⟨Plebs eris⟩] Hoc est: in quattuordecim ordinibus non sedebis (*Γ′αbV, v bis*

Idest etiam pueri dicunt summum bonum esse uirtutem. Aliter: etiam pueri dicunt: qui recte uiuit, rex est. Dicit: praecepta philosophiae etiam pueri didicerunt, ex quo grauat legem Othonis (*ΓαbV*

3 aliter] *om. b* 4 par *Γ′αb*] *om. V* inper: *γ*] imper: *cett.* 5 in *V*] *om. Γ′αb* animus *γαbv* est *Γ′b*] *om. V* (est animus *α*) contemnenda *v*] contempn: *ΓαbV* 6 aliter *om. b* homo] *om. α* 10 exarandum — emendum] sibi emendum et ad aliquid exarandum *V* 11 sibi em:] emendandum *b* emendum *r* 12 se st: c: *om.* debent *γvV* debent studere *r* 14 loculos *r*] *om. γα* grafia *γα* 17 quia — plebis] *om. V* 18 tr: pl: *om. b* 19 qui habet] *om. V* 21 hoc est *ΓαbV*] idest *v* quattuordecim *γ* IIIIX *v* XIIII. *αb* quatuordecim *r* quarto decimo *v alt. l. V* ordine *vV* 23 idest — aliter] *om. α* etiam (ec: *r*) pueri *γ* pueri eciam *b* pueri *V* 24 etiam *γ*] eciam *rαb om. V* uiuit] facit *α* 25 etiam pueri *γ*] pueri etiam *b* pueri eciam *r* pueri *αV*

62. *Quae senatori certam summam patrimonii statuit (*Γ'αb*

63. ⟨Nenia⟩] Ludus, cantilena, quia dixit 'ludentes'. Aliter: nenia laus mortuorum, sed hic cantilena, ut alibi (*carm.* III 28, 16):

Merita nox quoque nenia (*Γ'αbV*

64. Curius uir fortissimus fuit [Romanus], qui Corinthios uicit (*Γ'αbfV*

Hoc dicebant et Curii et Camilli, is regnum habeat, qui possit recte facere. Sic lusit Curius Dentatus, sic Furius Camillus, et tamen recte facere ludendo didicerunt (*Γ'αbV*, sic — did: *v bis*

65. Ros⟨c⟩ia (*α*)] Idest Roscius melius docet, qui dicit undecumque habendam esse pecuniam, an philosophus docens contempnendam esse superbam fortunam? (*Γ'αbV*

⟨Suadet⟩] Suademus etiam ad mala, hortamur ad bona (*Γ'αbV*

67. Pupius tragoediographus ita adfectus spectantium mouit, ut eos compelleret ad lacrimas, unde distichon fecit (*Pup. trag. fragm., cf. Baehrens fr. poet. Rom.* 348 *et Welcker Gr. trag.* 1433 *sq.* I 406):

Flebunt amici et bene noti mortem meam;
Nam populus in me uiuo lacrimauit satis (*Γ'αbfV*

68. ⟨Responsare⟩] Contumaciter respondere; is re-

1 patrimonia *rb* 3 ludus — ludentes] ludicra cantilena *α* 4 aliter nenia] † lenia *α* nenia *Γ'b*] *lacuna V* 7 fortissimus *vV cons. Porph.*] fortis *Γαbf* romanus *Γ'αbf*] *om. V* 9 camilli *Γαb*] camillus *vV* is *Γα* his *b om. vV* 13 qui d: und:] *om. V* 14 an] quam *V* 16 ad mala *Γαb*] ad alia *V* malia *v* 18 pupius *bfv*] pubius *V* pupus *α* puppius *Γ* adf: *γαbv*] affectus *rfV* 19 compelleret ad lacrimas *r*] compelleret *γαvbV* flere compelleret *f* distichon fecit] disticon fecit *Γ'* distichi confecit *α* distrahi confecit *V* dicti confecit *f* |con fecit *b* 23 in] *om. rb* 24 contumaciter *hic om. γα* respondere is] *om. γ* respondere is respondit (repondit *b*) contumaciter] respondit is *V* quis respondit contumaciter *α*, *uid. stud. Vindobon.* 1901 *p.* 116

spondit contumaciter, qui aduersa aequo animo tolerat (*Γ′ α b V*

70. Si, inquit, interroget me populus Romanus, quare non aequaliter sentio cum illis amando, quae ipsi amant, idest diuitias, et fugiendo, quae ipsi fugiunt, idest paupertatem, cum non solum in una urbe, sed etiam in una porticu cum eis sedeam, respondebo, quod uulpes respondit. Quodam enim tempore leone ⟨a⟩egrotante, cum omnes ferae ad eum uisitandum uenirent easque deuoraret intrantes ad se in caueam, tandem uenit et uulpes ad ostium caueae. Quam coepit leo hortari, ut ad se introiret. Respondit illa: terrent me [inquit] uestigia ingredientium, sed non reuertentium. Quod dicit poeta: ideo non consentio uobis diligendo diuitias, quas amatis, quia neminem uestrum diuitiis prosperare uideo (*Γ′ α V cons. b*

71. Iudiciis (*γb*)] Consiliis uel opinionibus, quibus uulgus fruitur (*Γ′* (*r α v*) *b V*

74. *Quia periculose tecum consenserunt alteri, ut Gra⟨c⟩chi de lege agraria (*Γ′ b*

Idest quia siquis populi sequitur uoluntatem, nullum iam habet circa sapientiam respectum (*Γ′ b V*

77. Arguit diuersitatem uotorum; haec sunt paradoxa Stoicorum (*Γ′ b V*

*⟨Conducere⟩] *Μισθοῦσθαι*; in publicis actibus demorari (*Γ b E*

78. ⟨Venentur⟩] Insidiis capiant (captent?) (*Γ′ α b V, v bis*

⟨Auaras⟩] Parcas, ac per hoc diuites (*Γ′ α b E V*

79. Idest quorum poscant patrimonium, lacerent atque tollant (*Γ b cons. V, ubi post* ‘diuites’ *extat* ‘atque’

3 interrogauerit *r b* 7 quod] quae *b* 10 uulpes *γ α v V*] uulpis *r* 12 inquit *γ v om. r α V* 17 consiliis] *om. v* 21 idest *Γ b*] *om. v V* popli *b* 23 haec — st: *pertinere uidentur ad u.* 106 25 ΜΥϹΘΗΟΥϹΘΑΙ *r om. γ b E* demorari in publicis rebus *E* 27 capiant *Γ′ α*] captare *V* captant *v alt. l.* capientur *b*

⟨In uiuaria⟩] Ad retia, ad nasas (*Γ' b E V*

80. *⟨Occulto⟩] Quia paulatim crescit foenus non sentientibus debitoribus (*Γ α b*

81. ⟨Esto⟩] Sensus: fero, inquit, quod non sit omnium una sententia; illud non tolerabile, quod proposita sua mutant in horas (*Γ' b V*

84. Idest etiam mare et lacus diuitium consentit sententiis, quia supra mare et lacus exstruunt aedificia (*Γ' α b V*

86. *Hoc est: primo delectatur in mari ⟨a⟩edificare; mox mutata uoluntate et in mediterraneo. Teanum Sidicinum enim in mediterraneo positum est (*Γ α b*

*Continuo iubet ferramenta transferri ad conponendum praetorium (*Γ' α b*

87. *⟨Lectus genialis⟩] *Μεταφορικῶς.* Lectum genialem uxorem dicit (*Γ b f E sim. α*

90. Mire respondit, quoniam supra (*u.* 76) dixerat:

Belua multorum es capitum (*Γ' b V sim. α*

Ex fabula Virgilii (*georg.* IIII 387—414) facit prouerbium, qui narrat Prot[h]eum, uatem Neptuni, in mille formas mutari, et est sensus: nescio, quomodo possum uti tali homine, qui s⟨a⟩epe mutat propositum suum (*Γ' α V om. b*

Idest quibus iurgiis, quibus praeceptis, qua doctrina

1 nasas] nasas haec nas *Γ' b V* nasas hec nas *E* dicimus *add. V, fort. scrib.* haec nasa dicimus 7 idest] *om. α V absc. b* diuitium *γ*] diuitum *cett.* 8 supra — lacus] super ea *α* exstruunt *Γ cons. b*] extruunt *α V* extruit *v* 11 et] *om. γ* sidicinum enim] dicit quod *α* sidicinā //// in med: *b* 12 enim *r*] *om. γ eras. b* est *r α b*] *om. γ* 13 continuo] mox *α*, *absc. b* conpon: *r*] compon: *γ α b v* 15 ΜΗΤαΦΟΡΙΚΟC *r* metaphoricos *γ b f E* 18 es *V*] esse *r* est *γ v om. b* 19 uirgilii *Γ'* uirgli *V* uirḡ *α* facit — propositum] *om. α* facit] fecit *V* 21 et est] *om. v* 22 possum *γ α v V*] possim *r* 23 suum *V*] *om. Γ' α* 24 idest] *om. α V, absc. b* quibus pr:] *om. b*

possim huiusmodi hominum inconstantes obiurgare sententias? (*Γ′αbV*

92. Idest similiter pauper alienum nauigium fastidit et cupit mutare quemadmodum suum, ac per hoc ostendit in nulla re homines habere constantiam, sed esse mutabiles (*Γ′αbV*

93. Nauseare ⟨in⟩proprie dicuntur, quibus eadem fastidium afferunt, et hic proprie 'nauseat', quia nauis fecerat mentionem (*Γ′αbEV*

⟨Priua⟩] Propria. Alii priuam intellegunt, quae una uni adsignatur, quae hic et priuata possit intellegi (*Γ′bV*

94. *⟨Inaequali⟩] Inperito, qui inaequaliter tondit, et est ypallage (*Γαbf*

95. *Subucula (*b*)] Proprie dicitur pannus additicius, a subiciendo uel subsuendo (*Γ′αbE*

*Pexa tunica est, quae demissa est usque ad talos, sicuti (*Iuuen.* 11, 149. 150) pexi capilli: demissi (*Γ′αE*

96. *⟨Dissidet impar⟩] Non aequalis sedet in humeris (*ΓαbfE*

101. Idest cum haec omnia fecero, putas me communem errorem pati, et ideo non magis curam adhibes quam sano (*Γ′αbV*

102. ⟨Curatoris⟩] Qui solet dari insanis; ac per hoc 'monitoris'. Sensus: tu castigator et monitor in leuissimis reprehendis, maiora non corrigis (*Γ′αbV*

103. Mos erat Romanorum, ut paruulis remanentibus orphanis a praetore daretur patronus et procurator illorum substantiae quilibet ex propinquis. Si propinquus abesset, dabatur bonae famae homo (*Γ′αbV*

1 possim *Γαb*] possum *vV* hominum *post* obiurgare *pon. V* 3 idest] *om. V, absc. b* fastidit nauigium *V* 7 *em. K.* 9 mentionem fecit *V* 10 propria *Γb*] *om. vV* 11 ads: *r*] assignatur *γvV* 18 sicuti — demissi *om. E* 19 in] *om. γE* 21 communi errore *r cons. b* 23 quam sano *V*] ut insano *Γ′αb* 24 ac — corrigis] *om. α* 26 lenissimis *v* 29 abesset *Γ′α*] deesset *V, absc. b*

Idest cum sis adiutor fortunarum mearum et uideas me istis modis insanire, non curas dandum esse mihi curatorem a praetore? (*Γ' α V, b absc.*

106. Iam redit ad sententiam Stoicorum: in hoc sapiens Ioue minor est, quia moritur. Aliter: uno minor Ioue est, quod in caelo non est (*Γ*(*r E*)*V, b absc.*

108. Tangit hic Stoicos, qui dicunt sapientes bene sanos, etiamsi aegrotent [sanos esse]. Ego autem dico sanum esse sapientem, si sine morbo est; idest [etiam] sanus est sapiens, si non indigestione laboret. Et hic satyrice dicit, idest sanus est, si non male habet (*Γ' α b E V*

'Pituita' proprie est morbus capitis, uel uitium gallinarum atque pullorum (*Γ' α E V*

Pituita] Sineresis (*leg.* synaeresis) (*ν V*

EPIST. 2

1. In hac epistola illud ostendit, in duplici opere Homerum duo uitae exempla monstrasse: uirtutis ac sapientiae. Hanc autem epistolam scribit ad Lollium consularem (*Γ' V cons. α*

Horatius [hic] cata theorian Homerum legerat, idest ut disceret carminis dispositionem tantum (*Γ b V*

Aliter: in hac epistola uult ostendere apertius et

2 cures *V* curatorem mihi *ν V* 4 iam redit ad sententiam *V*] sententia *r E* 8 sanos esse *om. α* esse *om. E* 9 etiam *Γ α*] eciam *b*, *om. ν V post* est *pon. E* 10 hic satyrice *b*] hic satirice *Γ α E* hic satire *ν* hac satyra *V* 11 dicit] loquitur *r* habet *Γ' E*] habeat *V* habens *α* 13 pituita] *om. γ α* est — pullorum] *om. ν V* 15 pituita *dedimus ex coniectura: ipsum schol. in ν V extat ad epist. 2, 7 cum lemmate* conlisa (collisa *V*) 21 hic *om. V* cata theorian *γ b*] catheorian *r* cathegoria *V* 22 ut *Γ b*] *om. V* tantum *γ b V*] tamen *r* 23 aliter *Γ*] *om. b ν V*

melius se discere praecepta philosophiae ab Homero quam a philosopho (*Γ′αbV*

4. Crisippus Apolloniensis antistes fuit sectae Stoicae; Crantor eiusdem ciuitatis, pulchritudine corporis conspicuus, non tantum a Xenocrate, praeceptore suo, sed etiam a Palemone, qui Xenocratis scholam excepit, in eo (*leg.* ideo) amatus est, qui (*leg.* quia) placebat. Consecutus est autem in Ac[h]ademia maximam dignitatem (*Γ′αV*

7. ‘Duello’ bello; et dictum duellum, quod inter duas partes geratur (*Γ′EV*

9. 10. Docet, quomodo causa perturbationis fuit regibus commissum Paridis (*Γ′αbEV*

10. Dicebat Paris uoluntatis esse, non necessitatis, recte uiuere (*Γ′αbV*

‘Beatus’ in uoluptatibus constitutus potiatur uoluptate. Aliter: uoti compos fruens amica, secundum opinionem Paridis (*Γ′αbV*

12. ⟨Inter Peliden . . . et inter Atriden⟩] Isti enim, idest Achilles et Menelaus, licet unius partis essent, plerumque erant inimici (*Γ′(γαv)bV*

14. *⟨Plectuntur⟩] Patiuntur. ‘Venusinae plectantur siluae’ (*carm.* I 28, 26. 27) (*Γb*

15. Seditione, dolis et ira peccatur aput Graecos, scelere et libidine aput Troianos, aut ab omnibus ubique peccatur (*Γ′αbV*

17. Ideo discreuit, quia uirtutem patientiam dixit, sapientiam autem pro prudentia (*Γ′αbV*

3 (crisippus *Γ′αV*) 4 pulcrit: *γV* 6 scholam *V*] cholam *v* scolam *Γ* scolas *α* in eo] ideo *Hauthal* adeo *Cruquius* 7 armatus *V* 8 autem] *om. αv* achademia *Γ′V* achademiā *α* 9 duello bello et *rE*] *om. vV* duello bello *γ* 14 recte uiuere] *om. α* 15 beatus] *om. α* const:] positus *V* uoluptatem *vV* 16 fruens *Γα*] frueris *vV* 17 paris *vV* 19 menelaus] Agamemnon *edit.* 23 (aput *v* *utrubique*) 24 ab *r*] *om. γαvV absc. b* 27 pro prudentia *rvV*] prudentiam *γαb*

19. Versus ex Odissiae sumpti principio, ut in arte poetica (*u.* 142):

Qui mores hominum multorum uidit et urbes

(*Γ′ α b V*

21. Hoc est: asperitatem casuum ita pertulit, ut nec undis obrui posset (*Γ′ α V*

23. Circe (*codd. perperam* Penelope) meretrix fuit, quae amatores suos sua pulchritudine fecit luxuriosos (*Γ′ α V*

*Non Circen dicit meretricem fuisse, sed significat fabulam hanc iuxta Stoicos fuisse fictam, qui auaritiam et cupiditatem ac libidinem dominos uocant, et eos dicunt solos esse liberos, qui uitiis carent (*Γ′ α*

27. ⟨Nos numerus sumus⟩] Vulgares sumus, uiles (*Γ′ α b V*

28. ⟨Sponsi Penelopae⟩] Proci, quos Homerus enumerat (*Γ′ b E V*

'Nebulones' perditi, luxuriosi, molles, inepti. Varro: obscuros, ignoto loco natos (*Γ′ α V*

[Aliter: nebulones sunt homines callidi et simulatores mendacesque (*sim.* ε), dicti a nebula, quod obscuri sunt (*α ν V*]

'Alcinoi' luxuriosi ab Alcinoo, rege Pheacum, ac per hoc Pheacas uoluptate gaudentes debemus accipere (*Γ′ α V*

[Aliter: Alcinoi mendaces ab Alcinoo rege Pheacum, qui fuit mendacissimus (*α ν V cons.* ε]

29. ⟨In cute curanda⟩] In curando corpore (*Γ (γ E) V*

31. *⟨Cessatum ducere curam⟩] Ad cessandum curas trahere, ut (*Verg. Aen.* VIIII 241):

Quaesitum Aenean et moenia Pallantea (*Γ′ α*

3 et urbes] *om. ν V, absc. b* 5 hoc est] *om. α* 8 suos sua *Γ′ α*] suas *V* pulcritudine *V* luxuriosos *Γ α*] uoluptuosos *V* 10 circem *γ* circē *α* 14 uiles] *om. b* 20 aliter] *om. α, quia hoc schol. ante illud* 'nebulones — natos' *exhibet* 26 aliter alcinoi] *om. α*

33. Per philosophiam discendo rectam uiam, ut leues te noctu et praecepta philosophiae legendo instituas (*Γ′ V*

34. Idest si nolueris uentura uitia propellere a te, cum te oppresserint, tunc conabere illis resistere frustra, cum nihil proficies (*Γ′ α V*

Stoici stultos sanos negant esse. Est ergo sensus: si hoc laborare nolis, ut sis sapiens, aliud necessario laborabis (*Γ′ b V, sed b propemodum euanuit, om. α*

Quoniam hydropici iubentur a medicis currere; ita enim morbus eorum solet extenuari labore (*Γ′ (r α v) b V*

36. Si non, inquit, propter philosophiam uigilaueris, propter inuidiam et amorem dormire non poteris (*Γ′ V*

37. *Idest quando senseris maximum esse dispendium sapientia caruisse (*Γ′ b*

40. Vt (*Verg. Aen.* VIII 364):

'Aude, hospes, contempnere opes'.

'Aude sapere' aude continentiam sequi, idest aude discere philosophiam (*Γ′ α b V*

41. Recte uiuendi prorogat horam ille, qui tempus discendi distulerit, idest qui differt discere, quod necessarium est (*Γ′ α b V*

Sensus hic est: qui ullum praeterit tempus, quo melior fieri non laboret, stultus ac rusticus habendus est similisque ei, qui cursum fluminis spectat, tamquam finem aliquando facturi (*Γ′ b V*

Qui autem institutum bonae uitae in tempus differt, rustico similis est expectanti ad explendum omnem flu-

1 per *Γ′*] *om. V et edit.* 7 s: negant esse *γ V*] s: esse n: *r* ⟨esse s⟩anos negant *b* 8 laborabis] cogitabis *r* 10 hydr: *r*] ydropici V ydropica *v* hidropicus *α* hidropici *b* 11 attenuari per laborem *α* extenuare solet *V* labore *r*] laborem *b v V* 12 non *ante* uigilaueris *pon. V, fort. rectius* 13 non dormire poteris *γ* 14 idest] *om. v* 16 ut] *om. V* 18 idest] *om. α v V, b euan.* 23 hic *Γ*] hoc *v V, absc. b* 24 melior fieri non] melius *V* 28 exspectanti *r V* expeccanti *α* ad — lapsum] cursum fluminis *V*

minis lapsum [tamquam finem aliquando facturum sit flumen currendi] (*Γ′αbV*

44. Sensus est: sed stulto nihil satis est (*ΓαV*

45. *⟨Pacantur⟩] Excoluntur, arantur, ut Virgilius (*georg.* II 239):

Mansuescit arando (*Γαb*

46. Hoc est: cui adest, quod sufficit, huic amplius nihil est quaerendum (*Γ′αb V*

Monet hic, si ea, quae cupit quis, adeptus fuerit, cupiditati suae faciat finem [ut alibi ipse (*carm.* III 16, 43. 44):

Bene est, cui deus optulit
Parca, quod satis est, manu] (*Γ′αb V*

49. Intellegi uult illum recte ualere, qui quaesitis rebus bene utitur; idest nisi fueris uitiis purus, diuitiae te ornare non possunt (*Γ′αb V*

Opus est, ut sit sanus primo, qui uti cogitat praeparatis (*Γ′α V*

Sensus est: melius est sanum esse et pauperem, quam in diuitiis aegrotare (*Γ′αb V*

53. Ostendit surditatem frequenter propter sordes collectas et humorem noxium, qui non curatur, accidere (*Γαε V*

54. Idest nisi pectus bonum et purum sit, quicquid huic dederis, non potest esse gratum (*Γ′α V*

1 tamquam — currendi *α om. cett.* 3 sensus est *V*] sensus *Γb om. α* nihil *rV*] nil *γαb* 4 arantur] *om. b* ut] *om. rαb* 7 hoc est *vV*] idest *Γαb* 9 quis *αV*] qı| *b* adsequi *r om. γv* 10 faciet *vV* ut — manu] *om. vV* 16 te] tote *vV* 17 sit sanus *γα*] sanus sit *rbvV* uti cogitat p̄paratis *γαb* cogitat uti paratis *r* paratis ·i· quesitis (adquisias *pro* adquisitis (*ut exhibet gloss. γ*) *v*) uti cogitat *vV* 24 idest *Γ′α*] *om. V* 25 huic] *om. v*

Allegoria: ita tu prodis uoluptates, nisi uitia semoueris, nisi promptum pectus tuum fuerit, doctrina quoque ipsa uitiabitur (*Γ' α b V*

55. ⟨Sperne uoluptates⟩] Hic non adeo persuadet, ut spernamus, sed illam debes spernere, de qua sequitur dolor. Nam contra dogma suum loquitur, si ab Epicureorum secta discedit (*Γ' α b V*

56. ⟨Pete⟩] Pone; idest ne cum perueneris ad uotum, alia optare incipias (*Γ' α b V*

58. Duo Siciliae tyranni, Falaris (*item Porph.*) Agrigentinus et Dionisius Siracusanus, crudelissimi (*Γ' α b f V*

59. Nam ira, quae ratione caret, contractum condempnat et optat infectum (*Γ' α f V*

Idest cupit infectum esse hoc, quod fecit, dum propter nimium odium poenas exigit grauiores (*Γ(r α) b V*

*Antiqui definierunt, inter quas (*leg.* quos) et Varro: iram esse subitam et breuem commotionem animi (*α*

59—61. Nam furore committimus, quod ira flagramus (*Γ' α V*

61. Sensus: dum adhuc inulto odio — odium autem pro ira inpatientius uindictam desiderat — per uim cupit poenas exigere. Aliter: poenas festinat, ut (*Verg. Aen.* VIII 454):

Haec pater Aeoliis properat dum Lemnius oris

(*Γ' α b V*

62. 63. Nam animus, nisi oboedierit, incipit imperare. Imperium autem animi semper intolerabile est (*Γ' α V*

1 semoueris *γ α b v alt. l. V*] semoris *r v alt. l.* 2 et nisi promptum *r* promptum *r α b ut uid. v*] promtum *γ V* 6 nam — suum] *euan. b* dogma *Γ'*] docma *V* dignū *α euan. b* 8 pone] *om. b* ·i· ne cum *Γ α b*] mecum *v* ne cum *V* 11 crudelissimus *V* 12 condempnat *Γ α f*] contēpnat *v V* 18 quod] quando *edit.* 20 Sensus est *α* 21 *post* 'pro ira' *parenthesin claudunt b et ut uid. α, item Hauthal*

Nam animus id facit, quod eum fecisse poeniteat, dum poenas festinanter exigit (Γ′αbV

67. Cito, dum puer es, percipe praecepta philosophiae. Ad Lollium scribit adulescentem oratorem (Γ′αbV

68. *⟨Melioribus⟩] [Idest] philosophis [et] magistris (Γ′αbV

69. Illi sensui (*u.* 54) respondit:

> Sincerum est nisi uas quodcumque infundis acescit.

'Semel' pro 'primum' ut Maro (*Aen.* XII 208 *sq.*):

> Cum semel in siluis imo de stirpe recisum
> Matre caret (Γ′αbV

70. Nec cessantem expecto nec urgeo praecedentem. Hic ostendit non ad alienum arbitrium se, sed ad suum proficere (Γ′αbV

70. 71. Hoc loco dehortatur tarditatem et hortatur strenuitatem (Γ′αbV

EPIST. 3

1. Iulius Florus, ad quem haec scripta mittuntur, in cohorte fuit amicorum, idest inter comites Tiberii Neronis Claudii, qui ab Augusto imperium accepit, quia natus Liuia et ideo fuit adoptiuus Augusti; fuit autem amicus Horatii (Γ′αbfV

1 nam — poeniteat] *om.* *r* nam animus *vV*] idest *γαb* 2 dum — exigit] *om.* *αb* 3 cito] I. cito *v* 4 adul: *r*] adol: *αbvV* adhol: *γ* or:] et oratorem *vV* 6 idest *v* *om.* *ΓαbV* et *V* *om.* *Γ′αb* 9 acescit *b*] acessit *rv* accessit *V* accessit *γ* a. *α* 13 expecto *Γαb*] expeto *v* exspecto *V* 14 arb: se *Γ′*] se arbitrium *V* arbitrium *α*, *absc.* *b* 19 ad — mittuntur] hic *α* 22 natus] natus est *f* liuia *Γαbf*] iulia *vV*

3. *⟨Vinctus⟩] Quia tardior est meatu niue, stringendo per hiemem (*Γ'αbf*

*Tardi enim fluere uidentur amnes cum redundant crustis (*ν*

4. Inter Seston et Abidon ut Lucanus (VI 55):

Tot potuere manus adiungere Seston Abido

(*Γ'αbV*

Turres dixit has urbes, quia in alto sunt positae hae ciuitates Hellesponti, aut certe pro urbibus turres dixit (*Γ'αbV*

5. *Hinc dictum (*Verg. georg.* I 103):

Et ipsa suas mirantur Gargara messes (*Γ'αb*

6. ⟨Quid studiosa cohors operum struit⟩] Laboriosa Drusi legio (*Γ'αbV*

Idest quid legio faciat, aut studiosam cohortem uocauit familiam Neronum, quae carmina facere diligebat. Nam erat Tiberius litterarum amicus (*Γ'αbV*

8. ⟨Bella quis et paces l. d. i. ae.⟩] Historiam dicit aut ipsius Augusti res gestas (*Γ'αbV*

*⟨Paces⟩] Noue dictum, cum grammatici negent plurali numero declinari (*Γ'αb*

9. ⟨Titius⟩] Qui cito auctoritatem habebit inter summos carminis sui (*Γ'αbV*

1 est *rαbfν*] *om. γ* meatum *b* niue stringendo *K., uid. stud. Vindobon.* 1901 *p.* 117] niue stridendo *γαbfν* niues trudendo *r; cf.* stricti amnes *Valer. Fl.* 5 seston] feston *νV* 6 seston abidon *r* seston et adibido *α* feston abido *γ* |eston et abidon *b* feston et abidon *V* feston et abibon *ν* 8 urbes *b*] ciuitates *cett.* quia *rbνV*] que *γ* in alto] *om. νV* 9 hae — *fin. om. α* 10 dixit *Γb*] posuit *νV* 15 idest *Γ*] uolo scire *α*, *om. νV absc. b* 16 neronum] neronis *νV* diliebatur *b* diligebat *cett.;* diligere *c. infin.* = solere *etiam alii usurpant ut Palladius* 17 am: litt: *νV* litt: am: *γαb* lit: am: *r* 20 dictum] dixit *r* 22 habebit *Γα*] habeat *νV* habet *b* 23 sui carminis *b*

Titius Septimius c⟨o⟩eperat lirica carmina (*cf. Porph.*) et tragoedias scribere temporibus Augusti, sed libri eius nulli extant. Huius insigne monumentum est infra Aricium (Ariciam?) (*Γ'αbV*

10. Hoc est: appetendo carmina Pindari et interpretando non est ausus contempnere (*Γ'bV cons. α*

Idest qui non timuit Pindarici ingenii transferre carmina (*sim. Porph.*). Aliter: non expalluit Pindarici stili magnitudinem sequi, ausus fastidire ingenia uulgaria ac uilia (*Γ'αbV*

11. Bell⟨e⟩ 'a⟨per⟩tos' patentes facile[s] omnibus (*vV*

*Latos faciles aut patentes omnibus (*Γαb, sed b om.* 'omnibus'

12. 13. Thebanos modos (*V*)] Significat Titium lyricum scribere carmen, quia Thebanus fuit Pindarus, idest: adhuc interpretatur Pindarum aut tragoediam scribit? (*Γ'bV sim. α*

14. Necesse est enim unicuique poetae aptos suo poemati ad tempus suscipere mores (*Γ'αbV*

⟨Ampullatur⟩] Vt superius (*a. p.* 97):

Proicit ampullas (*Γ'αV*

15. 'Celsus' hic poeta fuit, qui alienis dictis pro suis utebatur. Sensus autem: non contingat scripta Celsus ea, quae Caesar in auctoritatem recepit. 'Palatinus' autem hoc est in monte positus Palatino (*Γ'αbV*

1 septimius *r*] septimus *γαbvV* lir:] *b euan.* 3 extant] exstant *r* aricium *rbvV*] aritium *γ* aracium *α* 5 appetendo *Γb*] appendendo *vV* 7 idest — carmina] *alio loco pon. b* transferre — stili] *om. V* 8 carmina transferre *b* aliter] *om. b* 10 uilia] ciuilia *γ* 11 bellatos *vV em. K.* 19 aptos — ampullas] ut superius proiecit mores uel ampullas ampullatur *V* 21 supra *α* 23 pro suis *Γα*] pro ipsius *v* pro| *b om. V* 25 in *Γ'αb*] sibi in *V* recipit *α absc. b* 26 monte positus palatino *Γαb*] monte pal: positus *v* palatino monte positus *V*

16. Vt propria scripta proferat, non aliena (*Γ′αbV*

17. Caesar in bibliotheca statuam sibi posuerat habitu ac statu Apollinis (*Γ′αbV*

Monet eum ne scripta Palatina legat (*ν alt. l. V*

*Monet eum ne libros Sibillinos legat (*Γ′αb*

18—20. Fabula Aesopi, et est abusiue cornicula pro graculo. Alii dicunt corniculam sine plumis natam postea a singulis auibus plumas accepisse (*Γ′αbV*

*Cornix quodam tempore considerans nigredinem suam de omnibus auibus plumas sibi adiunxit, sed cum c⟨o⟩episset uolare, unaqu⟨a⟩eque quod de suo recognouit sustulit: sic illa remansit turpis (*ν cons. r*

19. *⟨Grex auium⟩] Cohors poetarum metaphoricos dictum (*Γ′αb*

21. Idest quas lectiones modo sequeris, quid legis? Comparat autem apibus scriptorem bonorum carminum (*Γ′αbV*

*Per hoc dulcia eius carmina significat (*Γ′αb*

25. 26. Frigida (*α*)] Oratoriam dicit et iuris scientiam; quia non ualent ita amputare uitia quemadmodum philosophia, ideo frigida fomenta dixit (*Γ′αbV*

Aliter: frigida fomenta dixit haec studia litterarum, quia non ualent curas amputare sicut philosophia (*Γ′αbV*

30. Mire 'etiam', quasi aliae causae scribendae sint quam reconciliationis (*Γ′αbV*

33. ⟨Inscitia⟩] Idest inperitia, quia expertes estis philosophiae (*Γ′αbV*

4 monet eum] tionec eum *ν* nec eum *V* 6 est abusiue *νV*] abusiue est *Γαb* 7 graculo] graccho *α* 8 pl: accepisse *Γ′αb*] accepisse pl: *V* 13 metaphoricos *rb*] metaf: *γν* metafora *α*, *om.* dictum 15 idest *Γα*] *om. νbV* 16 carminum *Γ′α*, *cons. b*] operum *V*, *absc. b* 19 dicit *Γ′αb*] dixit *V* 21 dixit frigida fomenta *α* 22 aliter — dixit] *om. b* litterarum *αbνV*] literarum *Γ* 23 quia *Γαb*] quę *V* qui *ν* sicut *Γ′αb*] quem ad modum *V* 26 idest *νV* *om. Γα* inperitia *γ*] inpericia *b* imperitia *rν* impericia *αV*

36. ⟨Iuuenca⟩] Aut carmen pro uestro redītu scribetur aut immolabo pro uobis iuuencam. Nam lyrici iuuencam immolant, tragici hircum, poetae taurum (*Γ' α b V*

EPIST. 4

1. Hac epistola Albium Tibullum elegiorum scriptorem alloquitur, qui uidebatur libros eius sermonum multum laudare (*Γ' α f V, b prope tot. absc.*

Albius iste criticus fuit, poeta et scriptor philosophiae (*Γ' α V, b absc.*

⟨Candide iudex⟩] Verax, integer, purus, sine fuco, sine fallacia (*Γ' α b V*

2. Ab oppido Pedo Italiae [aut a Pado flumine], quae ciuitas non longe fuit ab urbe, quae modo non est (*Γ' α b V ex Porph.*

Haec regio Pedana inter Tibur et Praeneste est, a Pedano quodam, cuius adhuc monumentum exstare dicitur (*Γ' α b E V*

3. *⟨Cassi⟩] Hic Epicureus fuit et poeta (*Γ' α b E*

Cassius Parmensis aliquot generibus stilum exercuit; inter quae opera elegia et epigrammata eius laudantur (*Γ' b V*

Aliter: hic est Cassius, qui in partibus Cassi et

2 īmolabo *α* 3 tragici *Γ b*] tyrici *v* trahici *α* tirici *V* hircum *Γ α*] ircum *V* hyrcum *v* immolant (īmolant *b*) *ante* tragici *pon. Γ α b, post* taurum *v V* 5 elegiorum] elegicorum *γ α* 8 albius iste] hic autem *α* criticus *r α b*] creticus *γ* eriticus *v* ericius *V* poeta fuit *v V* 10 'sine fuco' *ante* 'uerax' *pos. V* 12 pedo] *om. γ* pedo oppido *r* 'aut — flumine' *quae non extant apud Porph., seclusit K.* a] *om. v V* pado] radō *v* tado *V* 13 quae ciuitas] quod *r* ab urbe fuit *V* 16 exstare *γ b*] //stare *r* stare *E* extare *α V* 18 et poeta] *om. v α* 22 aliter *γ*] *om. r α v V* hic *γ v V Porph.*] iste *r α* cassi et bruti] bruti contra augustum *r α* cassii *γ V* cassum *v*

Bruti [contra Augustum] cum Horatio tr. mil. militauit, quibus uictis Athenas se contulit. Quintus Varus ab Augusto missus, ut eum interficeret, studentem repperit, et perempto eo scrinium cum libris tulit, [ubi multae trag⟨o⟩ediae inuentae sunt, inter quas Horestis et Tiestis]. Vnde multi crediderunt Thiesten Cassi Parmensis fuisse; scripserat enim multas alias tragoedias Cassius (*Γ′ α V ex Porph. om. b*

5. Sapiens enim solus scit cum moderatione suis uti bonis, quod aut luxurioso per incontinentiam aut auaro per nimiam abstinentiam inscitia denegauit (*Γ′ α b V*

6. *⟨Non tu corpus eras sine pectore⟩] Idest non cares bono ingenio (*Γ′ α b*

7. *Metri ratione breuem fecit ⟨mediam⟩ syllabam 'dederunt' (*Γ′ b*

8. Sensus est: alumno nutrix maiora, quam in te sunt, bona optare non potest (*Γ′ α b V*

9. *⟨Et cui⟩] *Κατὰ κοινόν*: nisi ut ei (*Γ α*

11. ⟨Crumina⟩] Patrimonio uel sacculo nummario siue prandiario (*Γ′ α b E V*

**Ἀπὸ τοῦ κρεμαστός* (*Γ*

12. *Idest agens inter spem et curas cottidie puta te moriturum. Monet ergo nihil esse curandum de futuro (*Γ′ α b*

1 contra aug: *non exhib. r V Porph.* tr. mil.] *om. r α V* 2 quibus uictis *etiam Porph.*] sed bruto uicto *r* sed uincto bruto *α* uarius *perperam Porph.* 3 philosophiae (ph: ā *α*) studentem *r α* repperit *α et Porph.*] reperit *cett.* 4 eo perempto *r α* scrinium eius *r α* ubi — tiestis *α om. cett. Porph.* 6 thiesten — cassius] tragediam ab eo factam quae orestis inscribitur *α om. r* 7 enim] autem *V* 14 mediam *add. edit.* syll: *v*] sill: *cett.* 15 dederunt *r b*] dederant *cett.* 16 est] *om. V absc. b* 18 *κατη γ*] *om. r α* 19 uel *r*] sine (*leg.* siue) *v V* idest *γ absc. b om. α* 20 siue *Γ α b*] uel *v V* 21 KPHMACΘS *r* KPeMᴀCOS *γ* 22 curas *r α b v*] curam *γ* cottidie *γ*] cotidie *r α b v*

15. 16. Idest me quando uis uidere, uidebis bene pastum porcum, et hic satyrice uituperat eam sectam, quam sequitur, quoniam Epicurei summum bonum in uoluptatibus ponunt, deinde quod omne animal colunt nullumque edunt (*Γ′αbV*

*⟨Porcum⟩] Idest corpori seruientem, ut (*epist.* I 2, 27):

Fruges consumere nati (*ΓαbE*

*Hara locus dicitur, ubi stant sues, idest suinae, animal nimium pronum ac uentri deditum (*Γαb*

EPIST. 5

1. Si potes (*V*)] Torquatum aduocatum, amicum suum, inuitat ad cenam Horatius (*Γ′αbfV*

Aliter: ad Mallium Torquatum haec scribit, ad quem etiam illam oden (IIII 7. 8):

Diffugere niues r. i. g. c. A. q. c. (*Γ′αV*

Archiaci lecti dicebantur humiles ab Archia fabro, qui non magnae staturae dicitur fuisse (*Γ′αbfV*

2. ⟨Holus omne⟩] Pro qualicumque posuit, ut, cum dico me omne bibere uinum. Idem in sermonum primo (I 1, 29. 30):

Per omne
Audaces mare qui currunt.

Omne, hoc est uel hibernum uel autumnale (*Γ′αfEV*

1 idest — sequitur] *om. V* 9 dicitur locus *r* suinae] *uid. stud. Vindobon.* 1901 *p.* 116 14 hanc *να* 16 diffugere niues] *om. V* r. i. g. c. a. q. c.] r. i. c. *V om. α* c. a. q. c. *γ*] a. q. *ν* 24 uel (hibern:) *γνV*] *om. rαfE*

3. Aliter: hoc est: cum est altissimus medio die, ut (*Ter. ad.* II 1, 42):

> Pro supreme Iuppiter,

et alibi (*serm.* II 8, 2. 3):

> Nam mihi quaerenti conuiuam dictus heri illic
> De medio potare die (*Γ′αV*

4. Vina bibes calcata secundo consulatu Tauri illius, qui dicitur amphitheatrum condidisse (*Γ′αbV*

*⟨Palustris⟩] Quia palus est grandis iuxta Minturnas, ubi etiam Marius latuit (*Γ′αE*

5. *⟨Petrinum⟩] Mons Sinuessae inminens uel ager uicinus Sinuessanae ciuitati (*Γ′αbE*

6. ⟨Vel imperium fer⟩] Vel ad me ueni, sine tibi hoc a me imperari (*Γ′αEV*

Aut patere me esse regem conuiuii, si nil attuleris (*Γ′(γαv)bEV*

'Vel imperium fer'. Quare hoc? Antea pascentes reges appellabantur. Inde qui senatui cenam post triumphum dabant in Capitolio, consulem uel dictatorem rogabant, ne ad cenam uenirent; se illis, quod ederent, domum missuros, ne illos, non reges, domum deduci a senatu illis praesentibus necesse esset (*Γ′αbV*

7. *⟨Tibi⟩] Vt (*Verg. georg.* II 5. 6):

> Tibi pampineo g. a.
> F. a. (*Γαb*

8. ⟨Mitte leuis spes⟩] Rerum humanarum (*Γ′αfEV*

⟨Certamina diuitiarum⟩] Noli curare de diuitiis, quibus certamus anteire ditiores (*Γ′αbEV*

1 aliter] *om. rαV* 3 pro] *om. γV* iupp: *vαV*] iupiter *Γ* 7 uina] *om. v* bibes calcata *V*] calcata *v* calcata bibes *Γαb* 9 quia *Γ*] *om. vE* qua *α* 11 uel *αvbE*] *om. Γ* 15 nihil *γαV* 18 dicebantur *V* 20 ueniret *rb* se *γαb*] sed *rvV* 21 non] *om. V* ut *edit.* domum *rv*] domi *V om. γ absc. b* 24 g. a. f. a.] *om. rb* g. a. r. a. *α* 26 hum: rerum *vV* 27 noli — diuitiis] *om. E*

Moschus hic accusabatur ueneni, cuius extat oratio admirabilis. Aliter: Moschus quidam fuit, cuius causa diu dicebatur; nam patronus fuit causarum Torquatus (*Γ′ α b V*

Aliter: Moschus hic Pergamenus fuit rethor (*leg.* rhetor) notissimus; reus ueneficii fuit, cuius causam ex primis tunc oratores egerunt Torquatus hic, de quo nunc dicit, cuius extat oratio, et Asinius Pollio (*Γ′* (*γ α ν*) *V ex Porph.*

Cras (*V*)] Inter cras et crastinum hoc interest: cras nihil significat nisi diem proximum; crastinus dies et superiore et praeterito anno fuit et erit sequentibus (*Γ′ α b V*

*Natalis diui Augusti: VIIII. Kł. Octobres (*Γ α b E*

11. *⟨Aestiuam⟩] Breuem (*Γ′ α b E*

*⟨Benigno⟩] Familiari (*Γ′* (*γ α ν*) *E*

16. *⟨Dissignat⟩] Aperit (*Γ′ α E*

20. *⟨Contracta⟩] Angusta (*Γ′ α E ε*

21. ‘Imperor’ finxit ex Graeco κελεύομαι, ut in arte poetica (*u.* 56) ‘inuideor’ ⟨φ⟩θονοῦμαι, idest inuidia me insectatur (*Γ′ α b V*

22. *Mappa enim manute⟨r⟩gium illud est, quod uariis formis textum est (*gloss. v*

*⟨Mappa⟩] Mantele (*gloss. r*

23. *⟨Conruget⟩] Moueat fastidium; nam quotiens horret aliquid, nares contractae rugam faciunt (*Γ α b f E*

Significat se habere uasa argentea et discum argenteum, ubi imaginem suam quasi in speculo cernere possit (*Γ′ V*

25. *‘Eliminet’ idest extra limen eiciat, foras limen efferat (*Γ′ α b E*

1 moschus — admir: aliter *Γ*] *om. v V* cuius — oratio *absc. b* 2 aliter — dicebatur] *om. b* 5 aliter *V*] *om. γ α ν* 6 ex primis] *om. α ν V* 9 crastinum *v V*] crastino *Γ α b* 19 *θονουμαι α* ΘΟΝΟΥΜΙ *v* ΘeΝΟΥΜΙ *V om. b* idest] *om. α b* inuidia *v V*] per inuidiam *Γ α b* 20 inspectatur *v V* sectatur *α* ins . . . *b* 25 aliquis *α* 29 eliminet idest] *om. α ν*

⟨Vt coeat par⟩] Hoc procurabo, ut ueniens inuenias parem, idest puerum aut puellam tibi conuenientem (*Γ′ α E V*

28. ⟨Vmbris⟩] Aut a loco de Vmbria aut certe, quia umbrae, ut puto, dicuntur, quos secum ducunt, qui rogantur ad prandium (*Γ′ α b E V*

29. Ait arte discumbentium molestum esse odorem alarum eorum, qui hirci dicuntur (*Γ′* (*γ α v*) *V ex Porph.*

31. Monet illum, ut silentio ueniat (*ex Porph.*) fallens ostiarium, ut, dum ille sperauerit eum transiturum per portam, exeat per posticum (*Γ′ α V*

EPIST. 6

In hac epistola docet uicturum feliciter eum, qui infra admirationem omnia habiturus sit; ut enim omnem sollicitudinem ex cupiditatibus nasci dubium non est, ita beatam uitam in contemptu deliciarum constitutam esse ait (*Γ′ α b f E V*

1. *⟨Vna⟩] Vnica et praecipua, ut (*Verg. Aen.* V 704. 705):

Vnum Tritonia Pallas Q. d. (*Γ′ α b f*

5. *⟨Munera terrae⟩] Metalla dicit, non fructus (*Γ α b E*

6. Indici maris munera: arbores, hoc est hebenum, et uniones in conchis (*Γ′ α b V*

8 irci *α V* hyrci *γ v*   10 ostiarium *γ*] hostiarum *V* hostiarium *cett.*   13 uicturum *f E*] uictorem *Γ′ α b V*   14 infra *K.*] intra *Γ′ α V cons. b* sine *f E absc. b*   admiratione *f* ammiratione *E*   enim *Γ α f E*] *om. b v V*   15 dubium non est *V* non dubium est *cett.*   16 deliciarum *Γ′ α b V*] diuiciarum *f* diuitiarum *E et edit.*   esse const: *V* const: esse *cett.*   18 ut — q. d.] *om. v b f*   20 q. d.] *om. α*   23 arbores hoc est] *om. α*

7. Populi dona, qui scilicet non iudicio faueat, sed studio. 'Quiritis' autem, quia ait Maro (*georg.* II 508. 509):

Hunc plausus hiantem
Per cuneos (*Γ′ α b V*

*⟨Ludicra⟩] Inania (*Γ E*

8. Sensus: in quantum ista contempnenda sunt, si inueniri possunt, qui caelum ipsum non mirentur? (*Γ′ b V*

10. Vtrobique: et in timore amittendi et in spe consequendi, ex quibus aut dolor aut gaudium contingit (*Γ′ α b E V*

16. *⟨Vltra quam satis est⟩] Vt (*Terent. Andr.* I 1, 34):

Ne quid nimis (*Γ(γα) b f*

Mire 'ipsam', cum alioquin petenda sit (*Γ′ α b f V*

17. *⟨I nunc⟩] Per ironiam, cum sit contrarium (*Γ′ α b*

*⟨Vetus⟩] Quoniam ueteres meliores artifices (*Γ′ α b f*

20. *⟨Nauus⟩] Industris, cui contrarium ignauus (*Γ′ α b E*

*⟨Tectum⟩] Hospitium (*Γ′ α b E*

23. Hoc est: tu stupe diuitias eius, qui tuam uirtutem mirari deberet (*Γ′ α b f E V*

24. 25. Sensus: ut inueniuntur diuiciae, ita et pereunt: uirtus sola perpetua est (*α b V*

26. *Mire, quoniam in his locis frequens nobilium deambulatio est (*Γ′ α b E*

In Agrippae enim porticu et Appia uia maxime conspicui uidebantur. In his ergo conspicuo ait ad mortem eundum esse, qua peruenerunt etiam Romani reges (*Γ′(γαν) b V* *ex Porph.*

1 faueat *r*] fauent *cett.* 2 quia ait *ανV*] qui ait *r* quia ut *γ* qd ait *b* 7 mirentur *γb*] mirantur *V* murantur *ν* miretur *r* 18 industris *Γ*] indrustris *E* illustris *α* |stris *b* sciens *ν* 21 hoc est *om. ν V* stupes *f* stune *V* 22 deberet *r*] deberes *cett.* 23 (diuiciae *α b V*) 29 qua *K. cum b*] quia *cett.* quo *Porph. et edit.*

28. Sensus: si uis carere uitiis, fuge illecebras, sequere uirtutem (*Γ′αbV*

31. Si tu contempnens uirtutem ais inania uerba esse philosophiam, ut sacrilegi dicunt lucum ligna esse, occupa te in eis, quae tibi uideantur utilia, hoc est: ne portus occupet alter; sed uidetur de his dicere, qui laudant philosophiam nec secuntur (*Γ′αbV*

32. Alter (*α*)] Scilicet negotiator. Per ironiam ad pecuniam hortatur, ut magis facientes incuset (*Γ′αbV*

33. Cybira uicus maritimus in Pamphilia, alter in Lycia (*Γ′*(*rbv*)*V*

34. Notandum ʻrotundenturʼ, idest compleantur. Omne enim, quod rotundum est, ab omni parte perfectum est (*Γ′αbV*

35. *⟨Quadrat⟩] Quadruplum facit (*ΓbE*

36. *Per ironiam, quoniam hoc putant, qui nolunt philosophari (*Γ′αb*

38. *⟨Suadela⟩] Dea suasionis uel suadendi (*Γ′αbE*

39. Sensus: nolo ergo sis talis, qualis Cappadocum rex, qui una re habundat, eget ceteris; sed philosophiam sequere, cui nihil deesse potest (*Γ′αbEV*

Cappadoces habundare mancipiis dicuntur, egere pecunia. Ostendit multis opus esse, ut quis diues uideatur (*Γ′αbEV*

3 si *rV*] sed *γvαb* contempnens *Γb*] contẽpnis *V* contempnentes *v* cõtẽnens *α* 5 occupa — alter *r*] *om.* *γvαbV* 7 secuntur *αV*] sequntur *γb* sequuntur *rv* 8 ironiam *V*] yroniam *Γ′b* hironiam *α* 9 hortatur ad pec: *V* 10 cybira *r*] cibira *rαbv* *pr.* cibiratica *v* *corr.* Libiratica *v* *alt. loco* sibiratica *V* maritimus *rv*] maritinus *b* marinus *v* *alt. loco* *V* 11 lucia *r* licia *vV* 12 idest] hoc est *r* 13 ab *Γ′αb*] ex *V* 16 hironiam *rα* yroniam *γbv* 19 ut sis talis *V* ut talis sis *E* cappadocum rex] capadocum (capadū *γ* cabadocum *E*) rex *ΓαbE* rex cappadocum (capadocum *V*) *vV* 20 habundat *Γαb*] abundat *E* habundabat *vV* eget *αbE*] eget uero *Γ* cum egeret *vV* sequere philosophiam *V* 22 habundare *γV*] ab: *rvE* 23 ostendit — uideatur] *om.* *E* uideatur] inueniatur *V*

40. Trahitur exemplum de Lucullo diuite Romanorum. Quem cum quidam praefectus callide rogaret, ut, si posset, centum clamides sequenti die ostenderet in scena, uolens experiri, si tot haberet, respondit: quomodo possum tot praebere? Post paululum scripsit ei se habere domi quinque milia clamidum, ex quibus, si uellet, poterat tollere partem uel omnes (*Γ' α b V*

Luculli exemplo ostendit pecunias appetendas non esse, quoniam multa habent superuacua, ut ille clamides, ac per hoc philosophiam sequendam esse, cui nihil deest (*Γ' α b V*

45. *Irridentis animo hoc dicit, dum deprehendit superuacua auaritiae (*Γ' α b*

Isto, inquit, tempore pauper dicitur, ubi non superhabundat aliquid et ubi non fallunt dominum ipsae diuitiae sua quantitate; scilicet si ipse non ignorat, quantum habeat, et si satis fures inde eripere non possunt (*Γ' α V*

49. *Sic pronuntia, ut irridendo horteris magis (*Γ' α b*

50. *⟨Qui dictet n.⟩] Qui sit nomenclator uel consiliarius (*Γ' α b*

51. 'Pondera' lapides, qui in opera ducuntur per uias, uel qui per latera expositi altiores sunt; et est sensus: qui manum porrig⟨ere cog⟩at transituro (*Γ' α b E V*

52. *⟨Hic multum⟩] Serui uerba admonentis (*Γ' b E*

*Persius (5, 73. 74):

'Libertate opus est, non hac, qua quisque Velina
Publius (*Γ' α b*

3 in scena] *om. V* 5 tot possum *V* possum tot *cett.* se *r*] *om. γ α ν V, euanuit b* 6 milia *r*] *om. γ α ν V* 7 poterat tollere partem *γ α b ν* tollere partem posset *r* poterat tollerari partem *V* 10 esse *V*] *om. Γ' α, eu. b* nihil] nil *r* 12 irridenti *γ α* 15 et *Γ' α*] uel *V* diuicie ipse *V* 16 quantitate sua *r V* non *r*] *om. γ α ν V* 17 inde fures *V* eripere] rapere *r* 20 noelator *ν* nomenculator *α b* uel] *om. γ ν b* consiliarius] *om. γ b* 23 qui per *r*] qui *α* qq *ν V* per *γ absc. b* et] *om. V* 24 porrigat *codd.* porrigere cogat *R. Vnger* 27 qua *γ*] ut *α b ν om. r*

56. *⟨Lucet⟩] Prima luce (*Γ′αE*

58. *'Gargilius' luxuriosus ac perditus, qui se uenari simulabat, dum emeret apros (*Γ′αbE*

59. *⟨Differtum⟩] Plenum (*Γ′bE*

⟨Iubebat⟩ hoc consulto per loca frequentiora transire, ut a pluribus uideretur (*Γ′αb*

61. *⟨Tumidique lauemur⟩] Persius (3, 98):

Turgidus hic epulis atque albo uentre lauatur

(*Γ′αb*

62. Ceritibus ciuitas Romana sic data, ut non liceret eis suffragium ferre, quia post datam ausi sunt rebellare, ideoque census eorum in tabulas relati a ceterorum censibus remoti erant. Sic factum est, ut, qui aliquid flagitiosum admiserat, in tabulas Ceritum referretur (*Γ′αbV*

*Aliter: Cere oppidum in Italia, quo capta a Gallis urbe sacra translata sunt, pro quo beneficio postea ciuitatem Romanam meruit, ita tamen, ne suffragium ferret (*Γ′αbE*

Hic autem Cerite cera dixit pro nota et infamia, qui propter ignominiam suffragium ferre non possent (*Γ′αbEV*

63. Vlixes delatus ad insulas, in quibus boues Solis erant, responsum accepit, ut, si uellet ad patriam uel socii remeare, non contingerent boues; illi praesentem uoluptatem [potius quam patriam] elegerunt (*Γ′αbEV*

64. Qui se nec a sacris pecudibus nec a Circeo poculo abstinere potuerunt (*Γ′αbEV*

11 datum *vV* 12 ideoque] ideoqui *v* ideo *V* censibus] *om. vV* 13 remoti erant] remouerant *vV* 13 qui] siquis *V* 14 referetur *vV* refebatur *b* referret *α* 15 aliter *Γ*] *om. vE et b, sed absc.* opp:] autem oppidum *b* 19 pro nota et infamia dixit *V* 22 solis boues *V* 24 contingerent *γαbE*] contingeret *rvV* illi ad p̄sentem *V* 25 potius *rb* (*sed b euanuit*)] *om. γvαEV* quam patriam] *om. V* 26 qui] quia *γ*

65. ⟨Mimnermus⟩] Poeta Epicureus, qui multa elegiaco metro de eadem secta conscripsit (*Γ′ α b E V*

68. *⟨Candidus⟩] Benignus, sine inuidia (*Γ′ α b E*

EPIST. 7

1. Hac epistola asperius ac destrictius M⟨a⟩ecenati praescribit libertatem se opibus non uendere (*Γ′ b V*

2. *Sextilem] Qui nunc Augustus dicitur (*Γ α b E*

6. *Dissignatores dicuntur, qui ad locum (lucum?) Libitinae funebria praestanda conducuntur, ut defuncti cum honore efferantur. Aliter: dissignatores funerum mancipes et ordinatores; nam dissignare est ordinare, unde et, qui locos in theatris spectatoribus distribuebant, dissignatores dicebantur. Praeterea est dissignare confundere, ut et iste alibi (*epist.* I 5, 16):

Quid non ebrietas dissignat? operta recludit

(*Γ′ α b f E*

8. *⟨Opella⟩] Opera diminutiue opella dicitur (*Γ′ α b E*

11. *⟨Mare⟩] Quia mare hieme calorem praestat, frigus aestate (*Γ′ α b*

12. *⟨Contractusque⟩] Prae frigore (*Γ′ (γ α v) E*

16. *⟨Benigne⟩] Idest humane facis (*Γ′ α b E*

17. *⟨Non inuisa⟩] Litotes; idest cara (*Γ′ (γ α v) b E*

22. *Vir bonus et sapiens (*Γ′*)] Sensus hoc sonat: bonus et prudens uir non nisi dignis largiri se paratum

1 multa *Γ′ α b E*] multum *V* elegiaco metro] *om.* *α* 6 se opibus non *Γ′*] non opibus *V* 8 designatores *γ b v* 9 functi *r b f E* 10 designatores *γ f* 11 designare *γ f v* unde — recludit *om.* *E* 12 loca *r* designatores *γ* 13 dissignare] designare *γ α f* 17 diminutiuum *v* 25 largiri] *om.* *v*

esse ait; nec inmerito, quoniam eligere debemus, in quos beneficia conferamus. Vir bonus non adeo uilem putat pecuniam ut lupinos, scilicet ut medium teneat et dignis donet (*Γ′ α b*

23. Nec tamen (*V*)] Quae sit differentia inter bonos et malos (*Γ′ α b; in V schol. ipsum omissum*

24. *Ordo: dignum praestabo me etiam laude promerentis (*Γ′ α b*

Vel aliter: dignum ut sit tuis beneficiis pro laude merentis, idest pro tui laude, qui mereris (*γ ν V*

Laboro, ut dignum me praestem [non] etiam pro eius laude, qui in me confert beneficia (*Γ′ α b V*

25. Sensus: uis me a te non recedere? Redde iuuentutem, recipe pecunias (*Γ′ α b V*

26. Crescit senibus frons cadentibus capillis (*Γ′ α b V*

28. ⟨Cinarae⟩] Hanc se amasse in quarto (IIII 1, 4. 13, 21) carminum dicit (*Γ′ α b f V*

⟨Maerere⟩] Quia ad alium forte transierat (*Γ′ α b V*

29. 'Forte' hic sic positum est, ac si diceret: sed forte hac me fabula conuenis (*Γ′ α b V*

30. *⟨Cumeram⟩] Vas uimineum frumentarium (*Γ α b E cons. ν et Porph.*

32. Mire imitatus est stridorem mustelae (*Γ′ α b cons. V*

33. *⟨Subisti⟩] Intrasti, ut (*Verg. Aen.* III 292):

Portuque subimus (*Γ′ α b f E*

34. *⟨Resigno⟩] Quae mihi a te fuerant assignata, restituo (*Γ′ α b*

5 differentia sit *r cons. ν* 7 me prestabo *r* etiam *γ α*] eciam *r b om. ν* 9 uel aliter] *om. ν V* beneficiis tuis *r V* 11 laborabo *r cons. b* non *om. r* 13 recedere] discedere *V* discere *α* 14 pecuniam *α b* 16 quarto *r*] t̄tio *γ* tercio *ν α f V* 17 dicit *ν f V*] dixit *γ α b* ait *r* 18 qua *V* 23 mire — stridorem] *om. V* 25 ut — subimus] *om. ν E*

*Subtiliter per similitudinem dicit libenter se reddere, quae acceperit, si ei non ad suum arbitrium uiuere concedatur (*Γ′ a b*

35. *⟨Altilium⟩] Pastarum auium (*Γ a b*

Sensus: nec ita opes contempno, ut malim somno esse deditus, nec illas iterum in tantum concupisco, ut seruire uelim (*Γ′ b V*

37. *Mire, quia nunc paulo asperior est (*Γ′ α*

Hoc est: et ego tibi hanc laudem inuicem reddidi (*Γ′ α b V*

Absentem similiter laudo, atque laudaui praesentem (*Γ′ α b V*

39. Sensus: experire, an inuitus restituam, quae dedisti, immo quam laetus fiam, si reddidero (*Γ′ α b V*

41. Inducitur Telemachus aput Homerum hoc dicens Menelao, cum ab eo equos dono nollet accipere; quod refert iste ad se dicens sibi iam uetulo non conuenire in militia stare (*Γ′ α b V*

46. Fabula haec satis apte superioribus iuncta est, quibus ostendit se diuitiis otium praeferre (*Γ′ α b V*

48. Locus in urbe dicitur Lautae Carinae et est locus ad Tellurem, ut poeta (*Verg. Aen.* VIII 361):

Et Lautis mugire Carinis,

propter nobiles, licet legatur et 'latis' (*Γ′ α b V*

49. Ideo queritur, quia grandis natu; etenim senibus semper molestum est iter (*Γ′ (r α v) b V*

50. *⟨Adrasum⟩] Presse tonsum caluum (*Γ′ α E*

*⟨Vacua⟩] *Ἀντὶ το⟨ῦ⟩* ipsum uacuum (*Γ α E*

52. Philippus ad puerum suum Demetrium. Ordo est autem: [O] Demetri puer, abi qu⟨a⟩ere (*Γ′ b V*

2 acceperat *α v* ei] eum *γ α* non *v b*] *om. Γ α* 8 paulo *Γ α*] *om. v* 9 tibi *r α b*] ubi *γ om. v V* 14 immo quam] animo quam *b om. v V* 15 (aput *b*) 16 quod — stare] *non exh. b* 22 apud telurem *r* 25 ideo] idcirco *b* 26 semper] sepe *r* est *α V*] *om. r v* i: m: est *b* 27 presse *γ α b*] presso *r v E* 30 est] *om. r b* autem *Γ b*] *om. v V* o *V*] *om. Γ′ b* qu⟨a⟩ere] *om. V*

*'Hic non leue' Horatius interposuit (*Γ'b*

57. Multis enim studii est tantum quaerere et non uti (*Γ'αbV*

62. ⟨Benigne⟩] Sermo uulgaris est; bene se dicit quisque accipi, cum excusat. Aliter: respondit Mena benigne eum facere, qui inuitaret (*Γ'αbV*

65. *⟨Tunicato⟩] Non togato (*Γ'E*

⟨Scruta⟩] Quas uulgo grutas uocant; 'popello' autem populo uilibus uestimentis induto, ut dicimus senatum togatum (*Γ'αbEV*

68. 69. ⟨Prouidisset⟩] Quoniam prior fuerat salutatus; in alio 'praeuidisset' legitur (*Γ'αbV*

72. *⟨Dicenda tacenda locutus⟩] Velut plebeius expers rationis (*Γ'E*

74. *⟨Piscis⟩] Quasi piscis. Metaphora est (*Γ'αbE*

76. Feriis Latinis in urbe agi aliquid non licebat, hoc est nundinis, quae incertis diebus ac non praedictis fieri soleba⟨n⟩t (*Γ'αbEV*

77. *⟨Mannis⟩] Buricis (*Γαb E cons. gloss. Pseudisid. s. u.*

79. Ita quosdam uoluptatis gratia quaeri, non amicitiae, potest figuratum de ipso esse (*Γ'αbEV*

85. *Quasi ibi primum coeperit auarus esse (*Γ'αbE*

94. 95. *Hi duo uersus et a Maena Philippo esse dicti et ab Horatio M⟨a⟩ecenati (*Γ'αbE*

96. *Sententia haec poetae, qui autem non specialiter Philippum, sed quemcumque dicit (*Γ'αbfE*

2 studii *Γ'*] studium *αbV* et] sed *b* 5 respondet *v* *euan. b* mena] nemo *vV absc. b* 8 grutas *Γ'E*] scrutas *V* sgrutas *b* grucas *α* 15 metafora *γE* 16 feriis] hoc est feriis *V* 18 solebant *edit.* 25 qui autem *vE*] quia ut *α* qui aut *Γbf*

EPIST. 8

1. Dirigit hanc epistolam quasi per ipsam Musam Albinouano Celso, comiti et scribae Neronis Drusi, in qua dicit se tanta aegritudine animi laborare, ut in nullo eorum, quae recta sunt, delectetur. Quae passio uocatur lethargica siue accidia (= ἀκηδία), quae hominem somniculosum et obliuiosum reddit cum dolore capitis (*Γ' α V*

*Noua salutatione usus: gaudere et bene rem gerere (*Γ' b f E*

5. *⟨Momorderit⟩] Minorem fecerit; minuuntur enim, quae mordentur (*Γ' α b f E*

6. Vult dicere, quod philosophiam implere non possit (*Γ' α b E V*

7. Corpore toto (*V*)] Ideo ait, ut quamuis partem ualidiorem ostendat quam animum suum (*Γ' α b V*

8. *Allegoria, quod animum ab erroribus reuocet (*Γ' α b E*

*Hoc est: philosophiam nolo sequi, quae uitia animi auferat (*Γ' α f*

10. *⟨Veterno⟩] Morbo quodam otii; hoc est: cur me non patiuntur desidiosum esse? (*Γ' α b f*

12. *Ventosus (*b*)] Fluitans (*Γ' α b f E*

14. *⟨Iuueni⟩] Neroni (*Γ' b E*

15. ⟨Primum gaudere⟩] Deest aut 'dicito me' ex superioribus, aut 'memento' ex inferioribus (*Γ' α b f E V*

Hoc est: si felicitas inmutabit te, nos in tua amicitia non durabimus (*Γ' α b f V*

3 drusi neronis *r* in — animi] qua designat tanta se animi egritudine *r* 4 animi egritudine *α* 6 hominem somniculosum reddit et obl:] hom: somnic: reddit *V* homini somnum excutit *r* 7 capitis dolore *r* 12 implere] īple| *b* 14 toto *in lemm. etiam b* ideo — ut] *om. V* 15 quam — suum] *om. α* 16 ab — reuocet] *om. α* reuocet *γ E*] reducet *r v* reu| *b* 22 fluctitans *α* 26 immutabit *r b* mutabit *V* mutauerit *α*

EPIST. 9

1. Hic est Septimius, de quo superius (*carm.* II 6, 1) ait:

Septimi, Gades aditure mecum.

Hac autem epistola Septimium Claudio Neroni commendat (*Γ′αbfEV*

4. ⟨Dignum⟩] Ipsum Septimium, qui dignus est mente tua (*Γ′αfV*

*Hoc est: qui honesta elegit (*Γ′αbfE*

5. *[Et] cum censet propioris amici me fungi munere (*Γ′αbf*

6. Valdius (*V*)] Ab eo quod est ‘ualde’ ‘ualdius’ facit, ab eo uero quod est ualide ualidius [facit] (*Γ′αbfEV*

Melius gratiam [eam] cognoscit, quam apud te habeo, quam ego ipse (*Γ′αfEV*

9. *⟨Dissimulator opis propriae⟩] Qui non ostendam, quod possim, uel celem opes meas (*Γαb cons. f*

*Hoc est: ut integram mihi beneficii gratiam reseruarem (*Γ′αbf*

11. Qui sine sua l⟨a⟩esione amicitias cuiusque ex commendatione conquirit, frons urbana dicitur (*Γ′bV*

*Scilicet ut per inpudentiam inpetrarem (*Γαb*

12. *⟨Iussa⟩] Hic uoluntatem, ut Maro (*Aen.* I 77) (*Γb cons. α*

13. *Hoc est: aggrega eum et adscribe amicis tuis (*Γαb*

5 hoc autem] et in hac *V* aut *v* septim: — comm:] eum commendat claudio neroni *V* 7 est] *om. V* 10 et] *om. α absc. b* 12 ualdius facit] ualdius *f* ual//dius *b* ualidus facit *v* uenit *V* facit ualidius *α* 13 ab eo uero — ualidius] *om. v* uero *om. γαfE* facit ualidius *αf absc. b* facit *γvV om. rE* 14 cognoscit gratiam *rfE* eam *V om. cett.* 22 scilicet *γ*] *om. rα* impudentiam *r* impudiciciam *αb* impetrarem *r*

EPIST. 10

1. Ad Aristium Fuscum grammaticum* scribit. Huius enim amicitiis plurimum utebatur (*Γ′bfV*

Dicit ergo se aetate et studio Aristio conuenire, nisi quod Aristius in ciuitate morari desideret, ipse in rure (*Γ′* (*γαv*) *V*

5. Expressit uinculum amicitiae; 'noti' autem, quod amicitia eorum nota sit, ut (*Verg. Aen.* VIIII 182):

His amor unus erat.

Item Sallustius (*Cat.* 20, 4):

Nam idem uelle atque idem nolle, ea demum firma amicitia est (*Γ′αbEV*

6. ⟨Nidum⟩] Idest ciuitatem, ubi natus es (*Γ′αbfV*

Nidum (*α*)] Aut urbem, quae quasi nutriat pauperes, aut cenaculum in altiore loco constitutum (*Γ′bfV cons. α*

*Mire 'nidum': adlusit ad nomen, quoniam dixerat 'columbi' (*Γ′αbf*

10. *Quia sacerdotum serui comedunt multa liba de sacris (*ΓαbE sim. f*

Cum in seruis suspicio furti habetur, ducuntur ad sacerdotem, qui crustum panis carmine infectum dat singulis; quod cum h⟨a⟩eserit, manifestum furti reum asserit (*Γ′αbfEV*

*⟨Liba⟩] De sacris (*Γ′*

*Allegoricos: ex satietate urbem fastidio et rure delector, ut, cui liba in fastidium uenera⟨n⟩t, [et] panem desiderat (*Γ′αbf*

2 * *De Aristi Fusci grammatici libro ad Asinium Pollionem uide Eichenfeldi et Endlicheri analecta grammatica p. 452* 10 sallustius *γαvbf*] sal: *rEV* 13 idest] *om. αV* ciuitatem] urbem *V* 14 urbem] *om. V* 16 allusit *αf* dixit *rα* 22 heserit ori *b* faucibus heserit *f* furti] *om. V* est furti *b* reum asserit] *om. b* reum apparebit *V* 26 panem *v*] et panem *cett.*, *absc. b* desid:] desiderat rusticorum *v*

13. Sensus: ita nobis instruenda uita est, ut primum auspicemur optimam sedem, quomodo area domui quaeritur (*Γ'bfV*

16. *⟨Mom. Leonis⟩] Cum sol ad Leonem uenerit (*Γ'αbE*

17. Dicit ruris homines non l⟨a⟩edi uel Leonis uel Caniculae signo (*Γ'αV*

18. [Vt] Maronianum illud (*georg.* III 530):

Nec somnos abrumpit cura salubres (*Γ'αbV*

19. *Numidico marmore. Sensus: numquid minus nitet herba quam marmor Numidicum? immo etiam herbae redolent, quod in marmoribus non est (*Γ'αbfE*

20. *⟨Plumbum⟩] Fistulas plumbeas (*Γ'α*

22. Viridiarium dicit, ut (*Verg. Aen.* VII 172):

Horrendum siluis

et Cicero (*in Verr.* II 1, 19, 51):

In silua disposita sub diuo uidimus (*Γ'αbfV*

24. Naturam expellit a se furca, qui habitat in ciuitate et siluas habere desiderat (*Γ'αbfEV*

Sensus: si, quae natura bona sunt, abicere ex animo uelis, recurrent latenter, nempe qui agros fugiunt, tamen intra urbem et domos rus includunt atque arbores diligunt (*Γ'αbfEV*

26. Aquinates purpurae similes sunt Tyriis; multum ergo inperiti falluntur. Hoc ergo ait: patitur quidem

1 instituenda *edit.* 2 auspiciamus *Γ'* auspicamus *V* aspiciamus *bf* auspicemur *edit.* 8 ut *V*] *om. Γ'α* 9 abrupit *rb* 11 herbae etiam *E cons. rb* 17 sub diuo] subsidio *γ* subsidio ut *α* 19 et] eo *V* 20 sensus] *om. rf* 21 nempe *K.*] nam *fE* nec *Γ'αbV* sic *v corr.* tamen] ut non *V* tantum *γ* 24 sunt similes *fV* 25 ait] dicit *r*

damnum, qui nescit dinoscere purpuras, sed maiore damno ille afficitur, qui tantae inperitiae est, ut ueritatem a falso nequeat discernere (*Γ′αbfEV*

*Contendere autem conparare dixit (*Γ′αbf*

39. *⟨Veritus⟩] Deest fuerit; non enim participium est ueritus (*Γ′αb, sed b eras.*

40. *Mire 'inprobus' pro eo, quod est auarus et cupidus, ut (*Verg. Aen.* X 726. 727):

Lauit inproba teter
Ora cruor,

et alibi (*georg.* III 430. 431):

Piscibus atram
Inprobus ingluuiem,

et (*Aen.* II 356. 357):

Quos inproba uentris
Exegit caecos rabies (*Γ′αbf*

48. ⟨Digna⟩] Pecunia dignior est nos sequi quam nos illam (*V*

Hoc est: quae magis uinci debet quam uincere, trahi non trahere (*Γ′αbV*

*Vt s⟨a⟩epe ad funem contentio est (*Γ′b*

49. *Certum nomen loci, significat aedem antiquam (*Γ′αbfE*

Vacunam alii Cererem, alii deam uacationis dicunt, alii Victoriam, qua fauente curis uacamus (*Γ′αbfEV*

1 damnum *rbE*] dampnum *cett.* maiori *E* damno *ΓE*] dampno *vαf om. V, b abscis.* 2 ille] *om. V* 4 conp: *r*] comp: *γαvbf* 16 exegit — rabies] *om. v* 19 trahi *Γ′b*] et trahi *V om. α* 20 non *Γb*] quam *vV om. α* trahere] *om. α* 21 ut — est] *om. sil. Hauthal, sed uid. stud. Vindobon.* 1901 *p.* 117 contentio *γbv gl.*] contemptio *r ut uid.* contensio *v mg.* 24 alii uacunam *γα* cererem] uenerem *V* uocationis *vf* 25 fauente *f*] *b absc.* faciente *cett.*

*Vacunam apud Sabinos plurimum cultam quidam Mineruam (*cf. Porph.*), alii Dianam (*cf. Porph.*) putauerunt; nonnulli etiam Venerem esse dixerunt; sed Varro primo rerum diuinarum Victoriam ait, quod ea maxime hii gaudent, qui sapientiae uacent (*Γ' a b f E*

EPIST. 11

1. Alloquitur Bullatium, qui omnia loca uillarum et regionum ac ciuitatum sordida deputabat ad comparationem Tiberis, eo quod ibi semper commanens ad alia non transierat. Cui commemorat Horatius diuersa loca iucundiora (*Γ' α f E V*

*Chios et Lesbos insulae sunt in Aegeo mari (*Γ' b f E*

2. 'Sardis' ciuitas Croesi regis (*Γ' α b f E V*

⟨Sardis⟩] Apud Sardos (*Γ' α b f E V*

*Sardi, oppidum in Asia, quod Croesus, Aluatis (*leg.* Alyattis) filius, tenuit (*Γ' α b f E*

3. *⟨Colophon⟩] Haec Apollinis oraculo tantum nota (*Γ' α b f E*

⟨Maiora minoraue f.⟩] Haec, quae dixi: interrogatiue (*Γ' b E V*

4. *⟨Campo⟩] Hic locus Romae celeberrimus habebatur eratque amoenus urbis locus (*Γ' b E*

6. Lebedum oppidum desertum in litore Asiae iuxta Colophonem. Sensus [est talis]: an terra marique uexatus

5 hii *b E*] hi *Γ'* hic *f euan. α* uacent *r b f v*] uaent *γ* uacant *E* 8 et regionum] *om. r* ac *r f E*] et *γ α v V* 9 tiberis *γ v pr. α E V*] tiburis *r v corr.* tyberis *f* et *γ* eo *cett.* 10 non] *om. v V* cui] *om. V* 12 chius *r f E absc. b* sunt] *om. γ b E* 13 ciuitas] ciuitas est *b* 14 apud sardos *in codd. antecedenti scholio adiunctum est* 15 sardi *Γ' f E* sardis *α*, *absciss. b; uid. stud. Vindobon.* 1901 *p.* 117 19 haec] *om. V* quae dixi *r E*] quid isti *γ v* quid *V om. b* quid istis *Hauthal* interrogatiue est dictum *V* 23 litore] littore *b f E* 24 est talis *V* talis est *v* est *Γ om. α b f E*

paratus es apud Lebedum residere, ne ulterius nauiges? (*Γ′ αbfEV*

7. *Scis] Quasi respondit Bullatius Horatio (*Γ′ αbfE*

7. 8. *⟨Gabiis d. a. Fidenis⟩] Ciuitates sunt Sabinorum desertae (*Γ′*(*γfν*)*α*

8. Notandum Fidenam prima syllaba productam; Maro uero breuem posuit, ut (*Verg. Aen.* VI 773):

Vrbemque Fidenam (*Γ′ αbEV*

9. Yperbaton: uellem Neptunum spectare oblitus meorum (*Γ′ αfEV*

Hoc est: uel reuerti ad meos uoluissem, dum in quiete essem, neque redeundo iterum maria perferre (*Γ′ αbfV*

*Lucretii sensus; ille enim ita ait (II 1 *sq.*):

Suaue mari magno motantibus aequora uentis
E terra magnum alterius spectare laborem (*Γ′ αbf*

11. *⟨Sed neque⟩] Horatius (*Γ′ αb*

Illi, qui de Capua Romam pergunt, prae longitudine uiae luto et imbre asperguntur (*Γ′*(*γαν*)*V*

*Sensus: non debere nos propter interueniens incommodum totam uitam commutare (*Γ′ αbf*

Non debet quis interuentu alicuius incommodi suum mutare propositum (*αbνV*

13. Furni a nigro colore dicti propter fuliginem, quasi furui (*Γ′ αV*

18. Campestre dicitur pannum, quo in campestri exercitatione iuuenes inguina tegebant (*Γ′ αbfEV*

1 residere] restare *V* 3 quasi responsio bullat̄ *ν* 7 maro uero *V*] maro *γνE* quam tamen maro *r*, *euanuit α*, *absc. b* ut *rbV*] que *α om. γνE* 12 perferrem *αb* pertulissem *f* 15 mocantibus *γ* mutantibus *b* 16 e *αbν*] et *Γf* alterius magnum *r*

24. Cui nihil ad uotum deest, non interest, utrum in maiore an in minore ciuitate uiuat, cum utrobique bene possit uiuere (*Γ′αbV*

27. Locus maris arbiter, qui mare late diffusum non timeat, idest dominus maris et in tuto positus; qualis locus est apud amoenas ciuitates excelsus supra mare et ideo arbiter (*Γ′bfV*

30. ⟨Vlubris⟩] Locus desertus in Campania tamque inops quam Lebedos in Asia (*Γ′αbfV*

EPIST. 12

1. Ad Iccium procuratorem Agrippae in Sicilia constitutum. Ipse est, de quo ait (*carm.* I 29, 1. 2):

> Icci, beatis nunc Arabum inuides
> Gazis.

Sed ut illic cupiditatem perstrinxit, ita hic parsimoniam laudat, tamen cum mordacitate (*Γ′bfV; in b paene omnia abscisa*

Alii dicunt, quod agros illi in Sicilia donauerit Agrippa (*Γ′fV*

7. Iccius iste recumbens in praesentia Agrippae, ut

1 cui *γαbV*] cum *rv* ad uotum nihil deest *α* ad uotum deest *rb*] adiutum est *V* adiotum est *v* adno//tum est *γ* non interest *rv*] non inter/// *b* interest *γα ut uid. om. V* utrum *V*] *om. Γ′αb ut uid.* 2 an *rV*] aut *γv*, *absc. b* in *ΓbV*] *om. v* minore *Γ′α*] *om. V* ciuitate uiuat *γαvV cons. b*] uiuat quis ciuitate *r* cum *Γαb*] dum *V* esse *v* 3 bene possit uiuere *γαV*] possit bene uiuere *rbv* 6 est] *om. γV* apud amoenas (amenas *γbv*)] apud athenas et apud amoenas *r* (apud Athenas ciuitatem *edit.*) supra *rV*] super *γvbf* 8 tamque] tam *γα* 11 iccium *vV*] hiccium *Γb* ictium *f* const: loquitur *V* 15 ita hic] hic ita *V* 18 illi] *om. γ* donauerit *γf*] donauerat *rvV* 20 iccius] hiccius *r* locus *γ* cuius *v alt. l.*

fidelior ei uideretur, parcissime epulabatur in tantum, ut intermissis carnibus herbis uesceretur, at in secreto gulae indulgeret. Vnde dicit poeta: in medio sociorum abstinens protinus sic uiuis, ut te statim inauret riuus fortunae, idest tantis frueris diuitiis, quantis Mida rex, qui petens ab Apolline, ut omnia, quae tangeret, aurum efficerentur, postea doluit, quia cibum tangere non potuit, quin statim in aurum uerteretur, conuersusque ad preces Apolline responsum dante mersit caput in Pactolum fluuium sicque ipse priuatus est poena et Pactolus auream harenam traxit (*Γ′V; v duobus locis*

Sensus: si uero ne his quidem fructibus, quos tibi agelli dant, eges, et contentus es uel herba uel urtica, hoc est: si per hanc abstinentiam Stoicen sequeris, magnas, inquit, diuitias ex hac uita consequeris. Abstemius autem compositum est ex eo, quod abstineat temeto, idest uino. Nam hii abstemii dicuntur; sed hic abstemium sobrium, abstinentem et in omnibus contentum significat (*Γ′ b f E V*

8. Confestim et protinus iunxit indulgens ἐνφάσ⟨ε⟩ι celeritatis (*Γ′bfEV*

12. Democritus philosophus, hortorum amator, qui dum philosophiae intentus est, hortos eius pecus ipso praesente consumpsit (*Γ′bfV*

*Democritus Abderites fuit inuentor atomorum, qua

1 ei] *om. v alt. l. V* 2 carnibus *r*] carminibus *γv utrubique V* at in secreto gulae (gide *v alt. l.*) indulgeret *γv alt. l.* in secreto autem gule indulgeret *V* at in secretum ueniens gulae indulgebat *v alt. l.* at in secretum ueniens gulae uacabat *r* 3 sociorum *Γv alt. l. V*] sociorum positus *v alt. l.* 4 te statim *Γv alt. l. V*] confestim *v alt. l.* 6 petens *v alt. l.*] peciit *V* petiens *Γ* peticus *v alt. l.* 8 uerteretur *γv alt. l. V*] mutaretur *rv* 10 auream harenam *r*] harenam auream *γ* auream arenam *V* arenam auream *v utrubique* 16 ex] ab *V*, *b absc.* 17 uino] auino *V* uinum *b* hii *γvbf*] hi *rEV* hic] *om. V* 23 est *γvbV*] esset *rf* h: e: p: i:] ipso p̄sente pecus *V* 24 consumpsit *rV*] consumit *γvbf* 25 qua *Γ′b*] quia *f* quod *edit.*

s⟨a⟩epius postea auditor eius Epicurus asseruit: huius arbores frugiferas et alia in agro utilia pecora absumebant, dum ille omnia contempnens totum mundum animo percurrit; si ille, inquit, modicae rei contemptor fuit, tu ingentes diuitias despicis ac per hoc tu plus facis quam ille (*Γ′bf*

18. *⟨Quid premat⟩] Aut eclipsin significat, aut quoniam per mensem luna crescit et decrescit (*Γ′b*

19. *⟨Conc. discors⟩] Verum est; nam umor igne, umore ignis pascitur (*Γ′bE*

20. Empedocles Agragentinus, quae ad Pitagoricam sectam pertinent, metro et uersibus tradidit. Stertinius uero philosophus, qui CCXX libros (*leg.* libris) Stoicen Latine descripsit. Hos notat, quod uersibus suis obscuriorem philosophiam fecerint (*Γ′bfEV*

22. Grosphus iste amicus erat Horatii, commorans cum Iccio, ac per hoc de eo illum precabatur (*Γ′*(*γvE*)*εV*

*Hic est Grosphus, quem in carminibus (*c.* II 16, 7) alloquitur, eques Romanus Sicilia oriundus (*Γ′E*

27. 'Phrahates' rex Persarum fuit, quem pulsum a ciuibus regno reddidit Caesar; hic autem uictus Tiberio se dedidit et signa Romana restituit, quae capta cum Crasso fuerant (*Γ′bfEV*

1 asseruit] asseruis *Γb* asseris *vf* 8 menses *b* 9 uerum est] *om. v* (umor . . . umore *E*) 11 agragentinus *r* agragentilibus *v* agragentibus *γ* agri gentinus *f* gentilibus *V* agrigentinis *E ut uid.* phitagoricam *ΓbfE* 13 uero *vV*] *om. ΓfE, absc. b* libros *ΓfE*] libro *vV, absc. b* 17 de eo] *om. E* 18 carminibus *γvE*] carminibus suis *r* 19 romanus *Γ*] *om. v & E* ex sicilia *ϰ* 20 phrahates *V*] prahates *γ* prhaates *r* phrates *v om. bE* 21 regno — et] regno uirtus eius reddidit *&V* dedidit *rvE*] dedit *γbf* caesar] *om. V* 22 et — restituit] *om. vf* restituit *V*] reddidit *ΓbE*

EPIST. 13

1. Hac epistola adloquitur Vinium, qui alio nomine Asellus uocabatur a patre, qui Asina dictus est abusiue. Per quem Vinium Asellum solitus erat Horatius carminum suorum libellos Augusto dirigere. Hortatur ergo eum, ut, sicut s⟨a⟩epe monuit, signata sua uolumina oportune Augusto tribuat (*Γ' V*

5. *⟨Sedulus⟩] Hoc est uelut sedulo agens, quasi sine dolo (*Γ' b E*

6. 'Sarcina', figura. Vinium paterni cognominis facit Asinae (*Γ' b E V*

8. *Clitellas] Sarcinas, unde clitellarius equus (*gloss. α*

G. Vinnius Fronto, ad quem haec scripta est epistola, patrem habuit Asinae cognomine. Alludit ergo nomini eius et quasi conuenire appellationem hanc nominis eius ingenio uult uideri (*Γ' b f E V*

10. 'Lamas' lacunas maiores continentes aquam caelestem. Ennius (*fragm.* XCIII *u.* 557 *p.* 81 *Vahlen*):

Siluarum saltus latebras lamasque lutosas

(*Γ' b f E V*

*Lama est aqua in uia stans ex pluuia (*Γ' b E*

12. *⟨Sub ala⟩] Sub ascella tua (*Γ' E*

14. Apud Titinium (*comic. ed. Ribb.*^{3} *p.* 188) in quadam fabula inducitur ancilla, quae lanae glomus furatur et deprehenditur. Aspere ex comparatione stultitiae ait. Pyrria autem nomen ancillae in fabula (*Γ' b f V*

2 adloquitur *v ut uid.*] alloquitur *cett.* uinium *γ*] uinnium *cett.* 4 uinium *γ*] uinnium *cett.* 8 sedulo *γ*] sedulus *r v b E* 10 figura *v V*] figuram *r b* figurat *γ E* uinium *γ*] in eum *r b* inmeum *v* mineū *E V* 13 g. uinnius *r*] guinnius *b* grunnius *v V* uinnius *γ f E* epta *V* ępta *v om. Γ b f E* 14 asinae *γ*] asina *cett.* ergo] *om. V* 19 lutosas lamasque *V* 23 (aput *v*) titinium *r v V*] titinnium *γ f* titinum *b* 24 glomus *Γ*] glomos *v b f V* 26 pyrria autem] *om. f* pirria *γ V*

15. Vt cum pilleolo (*b*)] Haec apud antiquos consuetudo ueteranorum erat (*Γ′bfV*

Sensus: neue sic suffarcinatus eas, quemadmodum unus de tribu, qui ad cenam uadens ipse sibi soleas fert cum pilleo. Et incertum est, quem notet (*Γ′bfV*

19. *Hic uersus non stat nisi sola auctoritate (*Γ′bf*

*Caue secundum antiquos, qui cauo, cauis dicebant (*gloss. α*

EPIST. 14

1. Castigat uilicum suum, quod illi ager sordeat, quem quinque aliquando possederint senatores (*Γ′bfV*

2. Habitatum ⟨quinque focis⟩ (*V*)] Hoc est quinque dominis aut domibus (*Γαbf*

3. Varia oppidum in Sabinis olim, nunc uicus imminens Anieni (*Γ′αbfEV*

Sensus est: uideamus utrum tu agrum an ego animum melius colam. Ad octauum lapidem ultra Tibur, uia Valeria. Va[le]rienses ergo senatores agellum suum possedisse significat (*Γ′αbfV*

*Hic Lamia, quem in carminibus alloquitur (*carm.* III 17, 1):

Aeli uetusto nobilis ab Lamo;

qui fuit Formianus et omnes fere Lamiae (*Γ′αbf*

14. *Mediastinus, hoc est: in ciuitate et in media urbe uiuens; asty enim dicitur ciuitas. Vnde et Terentius (*eun.* V 5, 17):

An in astu uenit?

1 ueteranorum erat apud antiquos *vV*   3 quemadm:] sicut *V*   10 uilicum *v*] uillicum *cett., b absc.*   12 *textum scholii om. V*   14 uaria *bfEV*] *om. Γ′α*   imminens uicus *vV*   16 est] *om. γ, b absc.*   20 hic] hic ē *α*   23 qui — lamiae] *om. α*   25 et] *om. vE*

Ergo sic intellegendum, non ut quidam (*uid. Porph.*) quasi ministrum obsequii et officii intellegunt balnearum (*Γ′ α b f E*

19. *T[h]esqua (*V*)] Loca deserta et difficilia lingua Sabinorum sic dicuntur, inde deserta et completa sentibus sic nominarunt (*Γ′ α b f E V*

23. ⟨Feret] Pro fert:⟩ semper enim habundat (*Γ′ (γ ν b) f V*

Sensus est: odisti rus, quod male colis; nam citius te uilico piper, quod in Italia non nascitur, feret, quam uinum, quod habundare consueuit. Nam per uuam uinum intellegendum (*Γ′ α b f V*

26. *Satis iucunde de inepto et pingui; iucunde 'ad strepitum', non cantum, ut auidum meretricis exprimeret (*Γ′ α b f*

29. *Si riuus neglegenter fuerit ante munitus, ideo 'pigro' tantum 'addit opus' (*Γ α b f*

40. *⟨Diaria⟩] Aliter cibaria (*Γ′ (γ α ν) b f E*

Diaria sunt certa stipendia cottidiana, quae et salaria (*Γ′ α f ε V*

Victus scilicet cottidianus, qui mensuratim seruis attribuitur, et est sensus: mauis, inquit, rodere in urbe stipendia [diaria] cum seruis, quam liber uiuere in rure (*Γ′ α ε V*

41. ⟨Vsum⟩] Quo dicat te et lignis et oleribus habundare (*Γ′ α b E V*

Ordo est: inuidet tibi argutus calo usum lignorum

6 nominarunt *Γ α b f E*] nominauerunt *ν V* 7 *hoc schol. restituebat K., om. edit., cf. uar. lect. Horat. et stud. Vindobon.* 1901 *p.* 117 *sq.* abundat *f* 9 est] *om. r* 10 uillico *r* ferret *γ* ferat *α* 11 uuam *α corr. b*] uā *V* uticam *r* uiam *γ α pr. ν* unam *f* 12 intellegendum est *V* 16 ideo — opus] ut parcat agro et prato tuo nimia inundatio *γ* 19 cottidiana *Γ ε*] cotidiana *α ν f V* quae — salaria] *om. r* 21 cottid: *Γ ε*] cotidianus *α ν V* 22 mauis] diaria mauis *V* 23 diaria *om. α ν ε V* liber uiuere in rure *ε*] in rure liber uiuere *Γ′ V* liber in rure uiuere *α* in rure *V* 25 te et] te *V* oleribus *γ α V*] holeribus *r ν b E* 27 est] *om. ν V*

et usum pecoris et usum horti, et est sensus: calo, inquit, conportans ligna, procurans pecus et hortum in urbe non sinet te aliquid horum tangere, si in urbe cum eo manseris; in rure autem manens potes libere his uti (*Γ′* (*γ ν α*) *b f V*

Calo autem dicitur quilibet minister, uel a frequenti uocatione, uel quod s⟨a⟩epe eat lignatum. Nam ‘calo’ sonat ‘uoco’, ‘calon’ [sonat] ‘lignum’ (*Γ′*(*γ α ε ν*) *V cons. r*

43. ‘Ephippia’: alii ‘sagmata’, nonnulli ea, quae propter iugum equis currilibus inponuntur, et hoc uerius (*Γ′* (*r α ν*) *E V*

EPIST. 15

1. Alloquitur hac epistola Numonium Valam amicum suum, ut rescribat ei, quae regiones plus uenationibus leporum, aprorum et auium, sed et piscationibus refert⟨a⟩e essent, ut [h]ibi hieme moraretur, ue⟨r⟩nali uero tempore bene pastus et pinguis reuerteretur. Est autem longissimum hiperbaton quod hoc ordine soluitur: o Vala,

1 inquit *γ*] quilibet *α ν b f V*, *ortum ex illo* ‘quilibet’ *quod breui sequitur* 2 conport: *γ ν*] comport: *α b* cum portans *f V* procurans] curans *V* ortum *α f* ⊦ortum *V* 4 libere poteris his *α b* his libere *V* 8 calon *r*] calin *cett.* sonat *ante* lignum *om. r α V*, *exhib. γ ν ε* 10 currulibus *r* curulibus *E* currilibus *α ν V* inponuntur *V*] imponuntur *cett.* et hoc uerius] *om. E* 13 hac epta *V*] *om. ε φ* 14 ut — echinos] quatinus ei rescribat, quae regio illo anno uicina romae potius habundaret frugibus ut illic posset annum explere, et est longum hyperbaton, quod hoc ordine soluitur: o uala, quae sit hiems (hiemps *ε*) ueliae, quod caelum salerni et (*om. ε*) quorum hominum regio sit baias (*sic ε φ*) et qualis uia ducit ad baias, et uter tractus educet plures lepores (apros *φ*) et utra aequora celent magis pisces et (*om. ε*) echinos, par est te scribere (scribere te *φ*) nobis, at nos par est (est par *φ*) tibi credere ut inde possim reuerti (*reliqua om. ε*) ad domum pinguis et pheax *ε φ*

par est te nobis scribere, at nos par tibi credere, quae sit hiemps Veliae, quod c⟨a⟩elum Salerni et quorum hominum regio et qualis uia ducit (*leg.* ducat) Baias et uter tractus educet plures lepores et uter tractus educet plures apros et utra aequora c[a]elent magis pisces et echinos (*V cons. ε*

Nam mihi superuacuus est Musa (*ε V*

Tangit autem illos in hac epistola, qui per penuriam deseruiunt philosophiae, quibus si arrideret facultas, protinus eam desererent et uoluptatibus uacarent (*ε V φ*

Velia et Salernum oppida Lucaniae; Salernum a salis copia est dictum (*Γ′ b V*

Consulit Valam, quid sentiat de salubritate regionis, quoniam ipse Horatius nolebat Baias ire (*Γ′ b f V*

2. *Hic ponendus ultimus uersus (*u.* 25): Scribere te nobis, tibi nos accredere fas est (*Γ′ b f*

Mire, quasi Baiae hanc iniuriam sentiant, si illis frigida etiam frigoribus mediis praeferatur (*Γ′ b f V* (*sed multa abscissa*)

3. Musa Antonius aegritudine Augusti artem suam illustrauit. Nam cum dolore arteriae laboraret et ad summam maciem perductus esset curante Amelio medico, qui eum adeo calidis curabat, ut tectum cubiculi eius uelleribus muniret, hic postea in contrarium uersis omnibus ⟨cum⟩ non solum perfusionibus frigidis, sed etiam gargarizatione cicerninae aquae Atellae in domo Caesaris et potionibus uteretur, ⟨effecit⟩ ut intra breue tempus curasset; ob quam causam ab Augusto usque ad sestertium quadringenties ex senatus consulto accepit (*Γ′ b f V*

7 superuacua *ε V φ* 8 tangat *V* tangit *ε φ et Porph. p.* 335 *H.* autem illos *V* eos *ε φ* per *ε V*] *om. Porph. U mendose* 10 uacarent *ε*] deseruirent *V φ* 12 dictum est *V* dictum *b* 14 ire baias *V* 21 arteriarum *r* 25 perfusionibus *γ f*] profusionibus *r* p̄fusionibus *b V* prefusionibus *v* 26 aquae] *v f* aquae est *Γ b V* 27 uteretur *v* tueretur *Γ V* tuere *b f* utebatur *Hauthal K. add. illud* cum *et hoc* effecit 28 causam *f*] *om. Γ′ V*

Musa Antonius, Augusti (Caesaris *add. b*) medicus, Horatio iusserat, ut psychrolusia uteretur propter oculorum dolorem (*Γ′bfV*

5. *⟨Sane⟩] Valde, ut Sallustius (*hist.* II 18 *M.*): Belli sane sciens (*ΓbfE*

Murteta proprie sunt aquae sulphureae calidae atque salubres ad quasdam infirmitates pellendas; quales erant apud Baias, ad quas frequenter ex diuersis partibus confluebant. Sed postquam ob longitudinem itineris coepissent derelinqui et ad fontes Clusinos et Gabinos, ubi erant aquae frigidae, coepissent contendere intermissis Bais, dicit, quod ipse uicus coepit ingemiscere contemptus in aquis suis (*EεV*

Murteta non longe ab Auerno lacu sunt calidis aquis habundantia: sed non ideo murteta, quod arbores myrti habeant, sed quasi mortueta, quod omnes animae mortuorum inde inferos petere credantur (*Γ′bfV*

6. ‘Cessantem morbum’ aut generaliter quemlibet uult intellegi aut specialiter podagram, quae uix aut numquam pellitur (*γνVφ*

*⟨Cessantem⟩] Pigrum et neruis inh⟨a⟩rentem (*Γ′bfE*

7. Baiae gemunt sulphura sua et sudationes contempni et his frigidas aquas praeferri; inuident autem sanitatem aegris, quos gemunt frigida curari (*Γ′bfV*

9. *Clusinae et Gabinae aquae frigidae sunt: Clusinae in Etruria, Gabinae in Sabinis (*Γ′bf*

2 psuchrolucia *bνV* psi lucro lucia *f* psucrolucia *γ* psucrholucio *r* 4 ut *om. f* ut sciens *om. ε* 7 pell: *εVφ*] debellendas *E* 10 clusinos fontes *Eεφ* gabios *ε* ad gabios *E* glabios *φ* 11 frigidae (frigide *E*) aquae *Eεφ* contendere *V*] concurrere *Eεφ* 12 dicit horatius *φ* eo quod contemneretur *φ* contentus *V* 15 habund:] habentia *V* murteta *rνV*] mirteta *γbf* myrti *r*] mirti *γνbf* quod — habeant] quod omnes arbores mirtus habeantur *V* 17 inde — cred:] *defic. V*, *folii parte abscissa* 18 cessantem] *deficit V* 19 uix] difficile *φ* 22 sudationem *νV* sudatione *γb* 25 gabiae *νf*

12. Quia in laeuam detorqueatur; nam Baiae euntibus Capuam in dextra sunt. An magis ideo laeua dixit, quia equus ea manu regitur? (*Γ′bfV*

14. *Hunc uersum quidam principiis iungendum putant (*Γ′b*

15. *⟨Imbres⟩] Cisterninos (*Γ′*(*rνb*)*E*

16.*⟨Dulcis⟩] Aliter iugis, semper manantis (*Γ′*(*γνb*)*E*
*Nil moror, hoc est dubitare, quin bona sint (*Γ′b*

17. *⟨Rure⟩] Aut in rure aut ruri aduerbialiter (*Γ′bfE*

20. *⟨Ministret⟩] Vt supra (5, 19):

Fecundi calices, quem non fecere disertum?

(*Γ′*(*γνb*)*f*

24. ⟨Pheaxque⟩] In his enim locis habitauerunt Pheaces (*ΓbEV*

Pheaces enim, quorum Alcinous rex fuit, luxuriose uiuebant; ita Homerus (*Γ′*(*γνb*)*fEV*

25. *Hic uersus principia epistolae conclusit (*Γ′b*

26. Quia de se ut luxurioso locutus erat, subiecit de Maenio fabulam. Maenius hic Pantolabus dictus est ab eo, quod, quicquid offerebatur, acciperet; erat autem et urbanus et mordax. Itaque dabant illi et qui urbanitate delectabantur et qui mordacitatem timebant (*Γ′bfV*

33. 34. ⟨Nil aut paulum abstulerat⟩] Nil de parcis, parum de luxuriosis (*Γ′bfV*

34. Omasi (*V*)] Bubulae pinguioris; alii (*ut Porph.*) intestina uolunt (*ΓbfV*

1 laeuam *r*] leuam *γbf* leua *ν* //ua *V* detorquatur *ν* *cf. schol. serm.* II 2, 66 7 iugis *E*] dulcis *γνb* 12 fecundi *ν*] foecundi *f* facundi *γb* quem — disertum] *om. ν* 14 habitarunt *rbE* 15 pheaces *V*] *om. cett.* 16 rex alcinous *νV* 17 ita homerus] ut h: exponit *V* 19 erat] fuerat *γ* 21 autem] *om. νV* 22 qui *ante* urb: *om. νV* 23 et qui mord: timebant] ut qui eum metuebant *V* 26 bubulae — uolunt] metuebant (*sic*) *V*

*Omasus proprie est caro bubulina (*νEεφ*

*⟨Omasi⟩] Panciae (*gloss. α*

36. Cum non haberet, insectabatur luxuriosos, ut ab hisdem pasceretur (*Γ′ f V*

45. ⟨Vos⟩] Potest Epicureos dicere, qui ait (*leg.* aiunt) diuitias ut non appetendas, ita nec spernendas, si contigerint (*Γ′ b f V*

EPIST. 16

1. Quintium alloquitur de situ agri sui, dicens illum amoenitate gratissimum, ita ut inter duos montes situs conuallia teneat, oppositus soli orienti simul et occidenti, et ex obliquo loquitur de aequanimitate ac temperantia, quare paruo esse contentus debeat unusquisque, arguens quosdam dissimulatis uitiis magis bonos uideri uelle quam fieri (*Γ′ b f ε V* (loquitur — fieri *cons. Porph.*

2. Aruus ager dicitur segetis ferax et praeparatus frumento (*Γ′ b f V*

4. 'Loquaciter', quod Graeci lalisti dicunt, non poetice, sed quasi prosa oratione et communi sermone ac simplicibus uerbis (*Γ′ b f V*

5. *⟨Si⟩] Vel 'ni' (*Γ′*

Hic incipit describere situm agri sui; idest totus ille ager unus mons esset, nisi dissociarentur ipsi montes uallē in medio iacente; per quod ostendit illum agrum inter duos montes iacere (*Γ′ b f V φ sim. Porph.*

1 pr: est εφ] est proprie *E* proprie dicitur *ν* bubalina *ν ε φ* bubulina *E* 5 epicuros *Γ b* epicurus *ν f V emend. K., schol. om. Pauly et Hauthal* 6 si contigerint *γ* si contingerint *b ut uid.* si contigerint quibusdam *f* si c̄tigr̄ *ν* s, (= sed) c̄tigr̄ *V* sicut poetae tradiderunt *r* 11 simul *γ ν b f ε φ*] *om. r V* 12 temperantia] temp: sua *r φ Porph.* 13 contentus esse *b f ε* 14 quosdam] alios *γ Porph.* quodam *b* uelle *γ ν ε V Porph.*] uelle et laudari *r b f φ* 21 uel *r ν*] aliter *γ* 22 hic] modo *ν b f φ* sui] *om. r V* 23 ipsi] duo *V* 24 illum agrum *r ν b f φ* agrum illum *γ V*

6. *⟨Valle⟩] Hanc uallem in carminum libro primo (17, 11) Vrticam (Vst: *Hor.*) appellat (*Γ' b*

*⟨Sol⟩] Vt extremo ueniens sol accipiat (*Γ' b E*

8. *⟨Laudes⟩] Laudare potes (*Γ'* (*r ν f*) *E*

9. Corna (*V*)] Non est intellegendum, quod uepres in agro illius corna et pruna ferrent, neque quercus et ilices poma domestica, sed tantam ibi dicit habundantiam esse fructuum, quanta habundantia est ueprium, quercuum et ilicum (*Γ' V*

*⟨Vepres⟩] Spineta, uirgulta, quae circa sepes sunt; poma habent moris similia (*Γ' b f E*

11. Notandum Horatium nihil magis in Italia laudare quam Tibur et Tarentum *Γ'* (*γ ν E*) *ε V sim. Porph.*

12. *⟨Nomen⟩] Hic Blandusius (*Γ' b E*

*Fontem Bandusium dicit in agro suo esse, cui in libro carminum (III 13) promisit se sacrificaturum; qui fons tam magnus est, ut riuo a se procedenti statim nomen tribuat, uocaturque Digentia (*ν ε φ*

17. Hic iam narrare incipit non tam credendum esse famae uulgari quam propriae conscientiae. Vnde Persius (1, 7):

Ne te quaesieris (*leg.* quaesiueris) extra (*Γ' V*

22. Trahit exemplum de febricitantibus, qui cupiditate gulae prouocati simulant se in conuiuio febre non laborare, ut liberius possint cibis quibusque uesci, donec super ipsum cibum manus tremulae reddantur. Sed sicut ille stultus est, qui plus credit conuiuantibus quam sibi, ita qui febre uitiorum mentem habet repletam, stultus

8 esse] *om. V* 12 notandum] notandum est *ε V* nihil horatium in italia magis *V* in italia nil (nihil) magis *E ε Porph.* 14 hic *γ*] hic est *r E* est hic *b om. ν* blandusius *Γ*] bandusius *b E* banedusius *ν* 19 hic — incipit] dicitque *r* hic *γ*] hoc *ν V* 22 ne te quesieris *r* ne te quesiaeris *γ* ne te qui fueris *ν* ne tu ea quae fueris *V* 24 se] *om. γ* febre *r ν corr. f ε*] febri *γ ν pr. V* 28 febre *hic omn.*

computabitur, si propter fauorem uulgi se beatum putat (*Γ′ f ε V*

25. Siquis, inquit, laudes Augusti proprie ad illum pertinentes tibi decantet, numquid animum accommodabis illi? Addit ergo Augusti laudes, quas populus solitus erat ei decantare (*Γ′ ε V*

Ordo: in ambiguo hoc Iuppiter seruet, qui et tibi et urbi consulit, hoc est ut in incerto semper sit, utrum tua salute magis populus an tu populi indigeas, ac per hoc ut cum populi salute pensandus sis (*Γ′ b f V*

*⟨Siquis bella⟩] Haec enim Var⟨i⟩us de Augusto scripserat (*Γ′ b f*

31. 32. ⟨Nempe uir bonus et prudens dici delector ego ac tu⟩] Hoc est: nempe tu, qui me reprehendis, in eodem uitio reperieris, quod non negat Horatius (*γ V*

34. Ac si dixisset: sola uirtus potest habere perpetuam dignitatem. Sensus hic est: eas laudes amplectendas esse, quas agnoscimus, ne nos quasi alienae deserant (*Γ′ b f E V*

35. Vox populi ʻdeponeʼ dicentis ʻhonoremʼ. Meus est a me tibi datus (*γ ν V*

41. Responsio tota per yroniam est. Ostendit enim talem hominem non ueraciter esse bonum, sed uideri cupientem (*Γ′ E ε V cons. Porph.* (*in r hoc schol. bis extat*)

43. Nec qui disertus est et magnam apud populum dignitatem habet et iuris consultus est, ⟨uir bonus est⟩. Nunc autem negat eum uirum bonum esse, qui metu legum recte facit, sed eum, qui amore uirtutis (*Γ′ b f V*

1 putat *γ ν V*] putet *r f ε*   6 ei decantare *r ε*] eidem cantare *γ ν V*   7 aliter ordo *Γ*   seruet iuppiter *r V*   8 hoc est *ν b f V om. Γ*   in *r b*] *om. γ ν V*   incertū *f*   10 cum populi salute] tum populi *ν* cum salute populi *V*   15 quod — hor:] *om. γ*   21 datus] *om. V*   22 yroniam *r alt. l. ε V* hyroniam *Γ′ E*   ostendit — cupientem] *om. E*   25 qui] quid *γ ν*   et m:] etiam magnam *V*   27 nunc] non *γ*

44. 45. Licet bonus uideatur esse in forensibus causis, familia illius et uicini intellegunt conuersationem eius non honestam, quia scilicet turpis in domo et per hypocrisin speciosus in publico (*Γ′ V*

47. Si non es furatus mea bona, remunerationem habes, quia non constringeris loris. Et si non occidisti hominem, non suspenderis in cruce. Ecce remuneratio tua (*γ ν V*

49. *⟨Sabellus⟩] Hoc de se Horatius (*Γ′*(*r ν b*)

50. Allegoricos: quoniam noui cauere dolos et malitiam tuam; et his animalibus se comparat, quae decipi nequeunt (*Γ′b V*

Sicut bestiae foueam et aues timent laqueos ac per hoc bona hominum non deuorant, ita serui, quia timent dominos, bona illorum non deuastant (*Γ′ V*

53. Qui falsum nomen sapientiae amplecteris, si nil admittas propter poenam, cautus es, non quod sponte sis abstinens. Post exemplum serui redit ad id, quod superius dixerat (*Γ′ b f V*

56. More suo contra Stoicos, qui dicunt omnia peccata esse aequalia (*Γ′*(*r b ν*) *V*

Ordo: isto pacto mihi, idest apud me, damnum est lenius, non facinus admissum; quo autem pacto? si unum modium fabae surripias (*Γ′ b f V*

59. *Ironicos (*Γ′ b E*

60. *Lauerna uiae Salariae lucum habet; est autem dea furum. Simulacrum eius fures colunt aut qui consilia sua tacita uolunt. Fortasse dicta sit a lauando; nam

1 bonis *ν V* 2 conuersationem *Γ*] conum sationem *ν* commissationem *V* 6 loris] *om. V* et si *ν V*] si enim furatus esses, constringereris. Et si *γ fort. rectius* 10 nouit *γ Hauthal* 11 tuam] suam *γ Hauthal*, *b absc.* 12 nequeunt *Γ b ut uid.*] nequeant *ν V* 14 quia] qui *V* 17 admittas *ν V*] admittis *Γ b f* 22 apud] ap̄ *ν b V* damnum *Γ*] dampnum *ν b f V* 23 lenius *Γ′*] leuius *f om. V*, *b absc.* autem pacto] pacto autem *V* 24 subripias *f* 25 yronicos *γ ν E* ΙΡΟΝΙΚΟϹ *r* ΥΡΟΝΙΚΟЄ *b*

fures lauatores dicuntur. Preces eius cum silentio exercentur (*Γbf*

65. Syllogistica conclusio. Omnis enim, qui cupit, postquam adeptus fuerit, metuit amittere illud. Et notum est, quia seruus timet; et ideo, qui timet, non est liber, sed seruus (*Γ'V*

68. *⟨Obruitur re⟩] Occupatur diuitiis (*Γ'*

69. Allegoria est: nam captiuum illum uult uideri, qui pecuniae parandae seruiat. Sensus: hunc, inquit, talem, qui pecuniae seruiet, patere ut seruum laborare. Est enim et huiusmodi hominum aliquis usus, et certe prosunt aliis magis quam sibi ut mancipia. Ille, inquit, aret, ille nauiget, annonae prosit; tales enim populus probat (*Γ'bfEV*

72. *Virgilius (*Aen.* I 704):

Penum struere

a nominatiuo 'hic penus' (*Γb*

73. Tulit locum de tragoedia. Inducitur Pentheus quendam tradens ad poenam, qui, dum diu reluctaretur, tandem ait: deus me, cum uolo, soluet. Ait poeta, et puto: hoc sentit, morte se posse liberari, quoniam sola haec omnium [est] finis malorum. Et nunc metaphora est a Libero; sic ergo sapiens ridet minas tyranni, ut deus. Item aliter: solus sapiens liber est; refert exemplum ex Bacchis Euripidis (492—498), in quibus inducit poeta Liberum Patrem dicentem Pentheo uinctum se tenenti: quid est, quod me possis cogere pati? 'Adimam bona'. Auferas licet. 'Vinciam'. Deus me soluet, mors me

3 syll: *r*] sil: *γ* sill: *νV*   enim] *om. V*   5 et ideo] *om. r*   qui] quia *γV*   non est] iam non est *r*   8 captiū *ν* uidere *νbfV*   9 seruiat — pecuniae] *om. V*   10 seruiet *Γ'EV*] seruiat *bf*   21 sola haec omnium finis *V* sola haec omnium est finis *rb* sola hec est finis omnium *ν* omnium sola haec est finis *γ* sola hec omnium finis est *f*   24 item — quibus] *om. V*   26 uinctum] uictum *γ* iunctum *V*   27 quid est] quidem *γV*

liberabit. Hoc sane ad hominem relatum est [hoc est: uirum] uere sapientem (*Γ' b f V*

79. Responsio uiri sapientis et Horatii; et est ordo: hoc sentit bonus uir positus in angustia: ipse deus statim, ut uoluero, me soluet a uinculis. Quid si moriar? Mors finis rerum est (*Γ' V*

EPIST. 17

1. Praecepta uitae ad Lollium Scaeuam equitem Romanum, an sectandi sint potiores, et laudat Aristippum Cirenaicum, qui adfectauerit cum regibus uiuere (*Γ' f V*

4. *Verecunde se tangit quasi inferioris peritiae (*Γ' α b E*

8. *Caupona (*α*)] Diuersorium in uia, ac per hoc: si frequentia et sordibus offenderis (*Γ' α b*

Terentinum (*α*)] Oppidum Campaniae, alii municipium uolunt uiae Labicanae ad XLVIII lapidem, alii Ferentinum, quod in Tuscis est (*Γ' α b f V*

9. Sensus: habet, inquit, et paupertas uoluptates suas, si molestia careat in remotis locis (*Γ' α f V cons. b*

10. Hoc est: qui uita latuit, ut et natus et moriens ignoraretur, qui fuit in obscuro. Est autem Epicureorum λάθε βιώσας, late in uita (*Γ' α b f V*

11. *Si uis indulgentius uiuere, innotesce et per hoc prodesto tuis (*Γ' α b f E*

13. Ex historia sumit exemplum, quod plerumque prosit amicitia maiorum, proponens duos philosophos:

1 hoc est uirum *om. v V euan. b* 2 uirum] *om. f* 4 in angustia positus *V* 5 soluet me *V* 9 an sectandi sint *Γ f*] insectandis *V* in sectandissent *v* 10 adf: *r*] aff: *cett.* 11 tangit *v*] *om. Γ α b E* 15 terentinum *α*] ferentinum *Hor.* 16 uiae Latinae *F. Ritter* 17 quod] *om. v V* 19 molestia *Γ α b f*] molestiae (molestie *v*) *v V* in locis remotis *v V* 21 qui *Γ α b f*] et qui *v V*

Aristippum Cinicum sectae Epicureorum, fautorem Alexandri Magni, et Diogenem Stoicum, adulationem maiorum declinantem et paupertate contentum. Quadam igitur die Diogene holera colligente superuenit Aristippus atque subsannando dixit: 'Diogenes, si sciret regibus uti, fastidiret holus'. Cui Diogenes: 'Aristippus', inquit, 'qui me notat, nollet patienter regibus uti, si pranderet holus, sicut ego' (*Γ' ε V sim. α*

*⟨Si pranderet⟩] Hoc Antisthenes de Aristippo dixit (*Γ' b E*

23. Laudat Aristippum ex sententia Platonis; qui cum inuenisset illum naufragum panno duplici indutum, idest diploide (*cf. Porph.*) ac peruili uestimento, laudauit illum dicens: omnis color et omnis status et res decuit Aristippum sapientia praeditum, qui ita sciebat paruis uti sicut magnis (*Γ' ε V*

24. ⟨Fere praesentibus aequum⟩] Prope aequaliter paupertatem ferentem, quae praesens potest esse, sicut diuitias, si uellet habere (*Γ' α V*

Ille, qui utrumque habitum consueuit accipere, ut Aristippus, qualicumque ueste indutus fuerit, sine aliqua dehonestate procedit in publicum, quia sunt multi appetitores uestium pretiosarum, quibus si induti fuerint, non de eo honestantur, et sunt nonnulli contemptores, quibus maiorem honorem praestant uilia, quam aliis pretiosa (*Γ' V*

1 aristippum cinicum *γ*] aristipphum cimicum *v* aristippum amicum *V* diogenem cinicum *r cons. ε* 2 diogenem stoicum *v V*] diiogenem stoicum *γ* aristippum stoicum *r ε* 3 contentum — colligente] *om. V* 4 diogene] aristippo *r ε* aristippus] diogenes *r ε* 5 diogenes si] aristippus si *r ε* 6 cui — ego] *euanuit ε* cui aristippus qui me notat et reprehendit, si nollet uti regibus pacienter pranderet holus sicut ego *r* 7 si] sed *V* 8 ego] ego, et est yperbaton (//// baton *ε*) ·i· ordo confusus (p̄ posteris *ε*) *r ε* 9 antisthenes] *om. v, sed altero atramento add.:* † antisthenes *v* antistenes, *superscr.* at diogenes *γ* antistenes, *superscr.* † diogenes *r* antistenes uelud (*leg.* uel ut) quidam uolunt diogenes *E* diogenes *b* 22 procedet *ε* 24 de eo honestantur *γ v*] dehonestantur *r V* ideo honestantur *Hauthalii textus sil.* 25 honorem] *om. v V*

25. *⟨Panno⟩] Pallio. Cinicum notat (*Γ' α b E*

30. Aiunt Aristippum, inuitato Diogene ad balneas, dedisse operam, ut omnes prius egrederentur ipsumque pallium Diogenis induisse illique purpureum reliquisse. Quod Diogenes egressus cum induere noluisset suum repetens, tunc Aristippus increpauit Cynicum famae seruientem, qui algere mallet quam conspici in ueste purpurea (*Γ' α b f V*

*Mileti textam purpuream; apud Milesios enim lanae optimae teste Virgilio (*ge.* III 306 *cf.* IIII 334) (*Γ α b*

33. *⟨Res gerere⟩] Loco nominatiui stat res gerere, ut est illud Persii (1, 27):

Scire tuum nihil est (*Γ' α b*

36. Gr⟨a⟩ecum prouerbium dicit propter Aristippum (*Strabo p.* 378): *οὐ παντὸς ἀνδρὸς εἰς Κόρινθόν ἐστι[ν] πλοῦς*, idest non cuiuis ut Aristippo tutum esse Corinthum nauigare. Nam cum multi Corinthum nauigantes Laidis amore tenerentur, Aristippus etiam hac fama illo perductus est, et usus Laide non etiam amore eius deuinctus est. Qui cum prae se ferret, quod non esset captus ut ceteri, dictum est ei, quoniam meretricem habuisset; ille respondit: si habui, non habeor (*Γ α b f V*

Graecum prouerbium est propter Laidem Corinthiam dictum, quae noctem talento uendebat, ubi nemo inmunis ab amore eius erat (*Γ' α b f V*

37. ⟨Succederet⟩] Bene cederet, succurreret, contingeret. Terentius (*Andr.* IIII 1, 47):

Hac non successit (*Γ α V*

5 et suum repetens *V*   12 ut—nihil est] *om. ν*   14 grecum *Γ' α b f V*   dicit *Γ b ε*] *om. ν V* et dicit *f*   16 esse *Γ α f*] est *ν ε V*   17 laudis *γ pr. α ν f ε V*   18 tenerentur *Γ α b f*] teneantur *ν V*, *euan. ε*   etiam] *om. ν V*   20 est qui] qui *α ν om. V*   21 ei] *om. ε*   ille] *om. V*   22 respondit si] respondš *ν V*   si *α ε*] sed *Γ b f*   habeor *Γ α b f*] habeo *ν* habis *V*   23 laidem *r b p. ras.*] laudem *cett. b ante ras.*   24 noctem *r α f V*] nocte *γ*, *b legi non potest*   talento *K.*] talenta *codd. Hauthal*, *b legi non potest*   27 ter: *om. V*   28 hac *Γ α*] ac *V*

38. Quasi tergiuersantes in responsione urget ad respondendum (*Γ′(γvb) V*

43. Adeo gratam esse uerecundiam ait, ut s⟨a⟩epe plus percipiant nil petentes quam flagitantes. Conueniens locus principio: proposuerat enim docere, quomodo cum maioribus uiuendum esset (*Γ′αbfV*

46. Verba inpudentis, qui oblique petat, et per hunc imitatur eos, qui petunt figurate (*Γ′αbfV*

51. *Hoc est: si non palam instaret, careret aemulo et rixis; coruus enim reperta esca dum clamat, praedam aliis prodit (*Γ′αbf*

53. *⟨Salebras⟩] Salebrae sunt aspera loca et petrosa (*r*

⟨Imbres⟩] Hoc est: qui magno uult inputare, quod incommoda itineris patiatur (*Γ′αb V*

55. *⟨Catellam⟩] Alii ornamentum capitis uolunt, alii colli. Aliter: hoc est meretricis inpudentiam imitatur obliquatque petitionem; sic in Truculento Plautus (*Γ′αbf*

56. *⟨Periscelidem⟩] *Ποδοψέλιον*, uinculum aureum pedis (*ΓαbfE*

59. Planus nomen est hominis, qui solebat multos sic fallere, in quorum uehicula uoluisset tolli, ut fingeret se crus fregisse. Qui cum postea uere crus fregisset et idem rogaret, non est ei creditum (*Γ′αbfV*

*Planus non proprium nomen (*ε, paulum sim. Porph.*

4 plus] *om. vV* 5 enim docere *Γαbf*] nisi doceret *vV* 7 inpud: *γb*] impud: *cett.* petat] petit *bf* pet . . t *r* 14 hoc est] *om. V* imputare *Γαb* inpunire *v* punire *V* 17 aliter hoc est *et* sic in tr: plautus *om. v* inpudentiam *γ*] impudentiam *vfα* impudicitiam *r* inprudentiā *b* 18 obliquatque *v*] et oblique *rbf* et obliqui *γ* et oblico *α*; *scriptum erat fort.* et obliquam, *quod etiam Hauthal suspicatus est* 19 *ποδοτέλιον r* Rodoxelion *γ* ΗΛΗιοΝ (*sic*) *b* rodoxedẏoN *α om. fE emend. Hauthal* 21 est hominis *Γαbf*] hominis est *vV* 22 in quorum — creditum] ut in uehicula descendens simulabat (*sic!*) se crus fregisse. qui cum postea uere crus fregisset et iterum ut antea mendicaret, non est creditum *V* 23 crus *V*] genus *γαv* genu *rbf* 24 est ei *γbf* ei est *r* est, *omisso* ei, *vV* ei *om.* est *α*

EPIST. 18

1. Praecipit in hac epistola fugiendum esse uitium adulationis et e contrario duritiae nimiae uitium, ut neque adulationi deseruiat quis et, si duritiae uult seruire, uideat, ne in peius uitium incidat, sed in utroque medium tenorem seruet, scilicet ut quisque suo amico neque adulator existat neque cum amaritudine animi increpando eum castiget. Vnde Lollio amico suo dicit, ut, si profiteatur amicus esse alicui, haec duo obsequia timeat. Et dicit, quia, quanta differentia debet esse inter meretricem et matronam nobilem, tanta debet esse inter amicum diligendum et infidum scurram, ut amicus simpliciter diligatur et scurra abiciatur (*Γ′αbfV*

Hic Lollius [etiam] ad consulatum peruenit merito uirtutis et beneficio Caesaris (*Γ′αbfV*

4. *'Infido scurrae' hoc est ei, qui amicitiam simulet et in malis deserat (*Γ′*(*rαv*)*bf*

5. Quidam, inquit, fugientes uitium adulationis incidunt in peius uitium inconcinni et inconpositi hominis, scilicet feri et asperi, quasi agrestis. Sunt enim quidam, qui quasi sua uirtute liberrima et pura confidentes circa amicos suos seueri et duri apparent, dum uolunt eos castigare, et in tantum, ut ipsa cutis prae nimia seueritate tonsa dicatur, quasi capillos non habuerit, et iam dentes sint atri. Et mire per caracterismon (*ex Porph.*), idest per imaginationem, describit hominem tristem et amarum (*Γ′αεV*

9. Virtus est (*vV*)] Idest uerae uirtutis est, qui in amicitia ita se praestat, ut neque adulator neque asper sit, sed ab utroque semotus (*Γ′αbfEV*

14 etiam] eciam *rbf om. γvV* 19 inconp: *V*] incomp: *cett.* 20 quidam] *om. V* 21 sua] *om. V* 24 non *γvV*] *om. rαε Pauly Hauthal* habuerit] habeat *V* et iam] et *ε* etiamque *r* 25 atri sint *V* 26 hominem descr: tristem *V* amarum] seuerū ł amarū *V* 28 idest *vV*] *om. cett.*

10. *Descriptio immoderatae assentationis. Dicit ergo, quia sunt quidam, qui plus iusto adulantes dominis suis recumbentibus in lecto et diuersa iactantibus simulant se ad nutum oculorum ipsius diuitis timere et id ipsum, quod dominus loquitur, leuiter adulando sic affirmare, ut crederes quendam notarium ea, quae excepit, ante magistrum legere, uel quendam mimum in parte secunda tragoediae suae tractare (*γν*

11. *Lecti (*α*)] Vbi recumbit dominus, quasi recumbens ad pedes patroni (*Γ′αbE*

12. Tollit (*γ*)] Vtrum diuitem laudando uerba eius repetit aut eas uoces [s⟨a⟩epius] repetit, quibus laudat? (*Γ′αbfV*

14. *⟨P. mimum tractare secundas⟩] Quem Graeci δευτερολόγον dicunt (*Γαb*

Secundarum enim partium actores omnia summisse agunt et suppliciter (*ex Porph.*). Notandum autem, quia in tragoedia non debent fieri plus quam quinque actus personae (*Γ′*(*γαν*)*εV*

*Ergo mimus dum secundam partem tragoediae agit, humili actu eam facit (*Γ′*(*γαν*)*ε*

15. ⟨Alter rixatur⟩] Aliud uitium inducit asperi hominis (*Γ′αbfV*

*⟨De lana s. caprina⟩] De re uili et paene nulla. Prouerbium est (*Γ′αb*

18. Sensus: nolo pretium renascendi et munus accipere, ut non dicam, quod sentio, hoc est, nec alia uita tanti est, ut taceam, quod sentio (*Γ′αbfV*

19. ⟨Ambigitur quid enim?⟩] Hinc interrogat (*V*

Hoc Horatius. De qua re enim certamen habet, ut merito rixetur cum amico? scilicet de gladiatoribus et pantomimis (*Γ′αbfV*

11 tollit] *post* diuitem *pon. γ* 12 s⟨a⟩epius *om. V* 17 quia] quod *V* 29 interrogat *V*] *nescio an scribendum sit* interrogatio

*⟨Castor sciat an Docilis plus?⟩] Famosi illius temporis gladiatores (*Γ′ α b f E*

*⟨Docilis⟩] Et hoc nomen proprium (*Γ α f E*

Et de hac re contentio est, in eadem metaphora perdurat de lana caprina (*Γ′ α b f V*

25. Adeo aliena inuitus patitur, ut nec sua uitia alteri indulgeat (*Γ′ α b f V*

28. Verba monentis diuitis. Ordo: meae opes stultitiam patiuntur. 'Noli contendere' per parenthesin insertum (*Γ′ α b f V*

31. ⟨Eutrapelus⟩] Eutrapelum hunc constat corruptorem hominum fuisse, et exponit, quare dixerit pauperem hominem debere uti parua ueste (*Γ ε V*

Eutrapelus dicitur fuisse illis temporibus locuples, cui hoc epitheton inpositum dicitur, quoniam solebat inter uendendum non inurbane iocari aut in personas uilium hominum aut in scruta ipsa; nocebat aut⟨em⟩ liberalitate, ut refert Horatius (*Γ′ f V*

35. *Auctorabitur se in ludum, ut sit gladiator, sicut sunt Traces. Olitores autem dicuntur olerum uenditores; ita negotiari incipiet et uendere caballos (*Γ′ α*

[Holitor holerum uenditor. Sicut olim erat holerum uenditor, ita et caballorum nunc (*V, sed litteris maioribus*

36. *⟨Threx⟩] Gladiator retium; nam myrmillo secutor. Sensus: aut gladiator aut mercennarius erit (*Γ′ b f*

40. Sallustii illud (*Cat.* 20, 3):

> Nam idem uelle atque idem nolle ea demum firma amicitia est (*Γ α b f V*

4 et — est] *om. f* 5 de l: c:] *om. b* 8 ordo] ordo est *V* 11 eutrapelum — et *ε V*] *om. Γ* 13 uti debere *V* debere uti *r ε* decere *γ* parua ueste] paruam uestem *γ* 15 inpos: *γ b V*] impos: *r v f* dicitur] est *V* 16 uilium hominum in personas *V* 17 liberalitate *γ v b f*] libertate *r V* 18 ut] aut *V* 20 olerum *r v α*] holerum *γ* 24 myrmillo *r*] mirmillo *γ v b f* 26 salustii *Γ* salustius *f V* sallustius *b* salt *α*

42. Amphion et Zethus Iouis et Antiopae filii diuersi officii: Amphion cithara canebat, Zethus pastoris fungebatur officio. Propter hanc uitae diuersitatem tamdiu dissiderunt, donec Amphion causa concordiae citharam omitteret (*Γ' a b f V*

Amphion lira delectabatur, Zechus (*leg.* Zethus) uero musica. Vnde odiosi inter se fuerunt, donec conticuit lyra Amphionis (*V*

46. Meleager, Oenei filius, ab Aetolia, uenandi studiosus fuit, ubi et aper Calidonius; ergo 'Aetolis' 'amplis' significat (*Γ' a f V*

50. Per haec, quae secuntur, uirtutem Lolli laudare contendit (*Γ' a b f V*

54. Vide, quomodo in Campo cum clamore circumstantium ludis? (*Γ' a b f V*

55. ⟨Tulisti⟩] Sub Augusto scilicet, de quo ipse (*carm.* III 8, 21. 22):

> Seruit Hispanae uetus hostis orae
> Cantaber s. d. c. (*Γ' a b f V*

56. *⟨Refigit⟩] Abstulit, ut (*Verg. Aen.* V 360):

> Danais de poste refixum (*Γ a*

Signa Romana, quae Crassus amiserat, Persae ad Augustum per Tiberium remiserunt iam uicti (*Γ' a f V*

58. *Ab amico sine uenia separatus; προτεράπευσις (*leg.* προθεράπευσις) (*Γ' a f*

60. Deest 'tamen'. Ergo aliquotiens proprius dissimulandus est ludus, ut amico satisfiat, ne sine excusatione absis (*Γ' a V*

61. ⟨Actia pugna⟩] Ad Actiacam respondit, ut Maro (*Aen.* V 596):

> Hunc morem cursus atque (*Γ a f V*

4 dissederunt *r* desiderunt *a* 20 abstulit *om. r*

63. Cum frater imitatione ipsius pugnae aduersarius fingitur tibi et lacus uester simulatum mare (*Γ′αfV*

65. ⟨Consentire suis studiis⟩] Vt: 'eorum obsequi studiis', idest uoluntatibus (*Γ′*(*rαv*)*EV*

66. *Sinecdochicos manu utraque sublata pariterque s⟨a⟩epius mota. Hoc enim genus (hic . . . gestus? *K.*) ualde laudantium est (*Γ′αf*

A VERSV 69 — 19, 16 *DEFICIT V* (*fol. unum*)

75. *Dicendo 'paruum munus' obscenitatem dicti uitauit; significat autem coitum (*Γ′αf*

82. *Theon fuit dicacissimus et maledicus, per quem maledici et detractores intelleguntur (*Γ′fEε*

*Luthienus Theo libertinus [et] prae amaritudine dicacitatis ita patronum quoque suum exasperauit, ut domo eius summoueretur et quaternario legato iuberetur restem sibi palumque emere. Sensus: si quem uideris a malo homine uexari, defende et tuere (*Γ′αf*

88. *Per auram allegoricos mutabiles diuites dicit (*ΓαbE*

89. *⟨Oderunt h. t.⟩] Ostendit similem similibus delectari (*Γ′αε Porph.*

93. *⟨Tepores⟩] Vomitus (*Γ′αE*

94. *⟨Deme supercilio nubem⟩] Hoc est: desine seuerus esse (*Γ′αb*

97. *Hortatur Lollium quaerere disciplinam ad commendationem amicitiarum, qua ratione queat, idest quemadmodum possit suauiter uiuere (*Γ′α ex Porph.*

98. *⟨Semper⟩] Non 'te semper', sed 'semper inops' et hoc iuxta auaros (*Γα*

1 immitatione *α* in imitatione *r* 2 fingitur *rf*] *om. γv* fugatur *V* fungitur *α* tibi *rfV*] ubi *γαv* 3 studiis obsequi *V* 4 idest *rE*] uel *V om. v* 11 theon *Γ′*] theon enim *fEε* 18 motabiles *E* 23 hoc est] *om. v* 29 inobs *γ*

*Quoniam s⟨a⟩epe per ignorantiam uitiosi sumus (*Γ' α b f*

101. *⟨Reddat⟩] Vt alibi (*epist.* I 14, 1):

Mihi me reddentis agelli (*Γ'α b*

103. *⟨Fallentis⟩] Latentis uitae (*Γ'*(*r ν f*)

105. 'Mandela pagus', Mandelà in Sabinis est, et non pagus bibit, sed hii, qui in pago sunt (*Γ' α b f cons. Porph.*

*Mandela pagus est in Sabinis rugosa faciens corpora hominum prae frigore. In quem currebat fluuius Horatii Digentia, de quo superius ait (*epist.* I 16, 12):

Fons etiam riuo dare nomen idoneus (*cons. Porph.*)

Item sensus: o amice Lolli, quid putas me sentire, et quid credis me precari deos, dum in rure meo uiuo, nisi hoc, quod tibi opto, uidelicet uirtutem, doctrinam, inminutionem curarum et ueram delectationem? (*Γ'α*

*⟨Rugosus⟩] Quia contractos faciat (*Γ α b f E*

107. *Quantum sufficiat mihi, etiam paratus sum minus habere, quam habeam (*Γ'α*

109. *Notandum [est], quia studio solito librorum copiam prius quam frugis uictusque est precatus (*Γ' α f*

110. *Hoc est: ne animus meus dubia spe sit insatiabilis (*Γ' α b f*

111. *Haec, inquit, de Ioue petam, quae ipse mihi praestare non possum, idest uitam et opes. Ceterum ut aequum animum habeam, magis est in mea potestate (*Γ' α f ε ex Porph.*

7 set *γ* hii *b*] hi *cett.* 12 dare riuo *γ ν* riuo dare *r α Porph. Hor.* 13 item] et est *r α* 15 tibi *γ ν*] te *r α* opto *edit.*] hortor *codd.* inmin: *γ*] imminutionem *r α ν* 16 del: *α cons. r*] dilectionem *γ ν* 17 contractus *Γ α b f* contractos *E* 20 est *r α f om. γ ν* 21 prius *γ*] plus *ν* primum *r α f* est precatus *ν α f*] precatus *γ* precatur *r* 24 de *γ ν*] a *r α f ε Porph.* 26 habeam *γ ν*] geram *r α f ε Porph.*

EPIST. 19

1. *Hanc epistolam ad M⟨a⟩ecenatem scribit, qua demonstrat pragmaticam suam, idest causam, quare carmina composuerit (*ex Porph.*). Sed prius uituperat imitatores Cratini, qui docuit non aliorum carmina esse stabilia, nisi qui potulenti et ebrii essent, trahens occasionem ipse Cratinus ex Homero et Ennio, in quorum libris laus inuenitur uini. Sed si laudauerunt, non tamen poetas uinolentos debere esse dixerunt (*Γ′*(*rαν*)*fε*

*Cratinus, archearum comoediarum scriptor, tantae uinolentiae fuit, ut solitus fuerit super pelles recumbere, quas commeiere consueuerat; hoc etiam epigramma in monumento eius testatur eum fuisse uinosum. Idem etiam in suis fabulis negat bonum poetam, qui uinosus non fuerit, et ideo poetas in Liberi Patris esse tutela. Hic per hanc uinolentiam tantae libidinis fuit, ut cubiculum suum speculis adornaret, quatenus et coitum suum spectare posset (*Γ′αbf*

4. *⟨Adscripsit⟩] Addidit, inseruit, connumerauit (*Γ′αbfE*

7. *⟨Ennius⟩] Qui primus apud Latinos heroica fecit carmina ad annales conscribendos (*Γ′α*

8. *Vt Persius (4, 49):

Sic puteal multa cautus (*gloss. α*

12. *⟨Nudo⟩] Hoc de quocumque philosopho, quoniam Cato nudis pedibus non fuit (*Γ′αbf*

*Quid, si aliquis uestem uultumque Catonis imitetur, numquid continuo etiam uirtutibus Cato est? Cato enim, consul Romanorum, ut terribilior appareret hostibus, intonsis barba et capillis manebat cum duro calciamento pedum et cum toga exigua, ut uelocior esset (*Γ′α*

3 pragmatiam *Porph.* suam] *om. ν* 12 consuerat *γ* etiam] eciam *f* enim *r* nam *ν* 15 patris] *om. να* 17 quatinus *rαbf* quamtenus *ν* 22 libros annalium *rα* 28 est] sit *α* fit *r*

15. *Iarbita Maurus fuit, qui, cum Timagenem philosophum post conuiuium et inter pocula declamantem uellet imitari et non posset, inuidia quodammodo disruptus est (*Γ′α*

*⟨Lingua⟩] Aliter 'cena' (*Γαf*

16. *Quia conuiuae pastori suo etiam diserti dant gloriam. Persius (1, 38):

Laudant conuiuae nunc no⟨n⟩ (*Γ′αbf*

*Decipiuntur, inquit, stulti, qui, cum posuerunt sibi exemplar bonorum, eosdem tantum in uitiis imitantur, ut ille, qui Catonem se imitari putat, Maurus eloquentem Timagenem (*Γ′α*

REDIT cod. V

18. ⟨Cuminum⟩] Vt pallorem meum possent imitari, quoniam cuminum potatum reddit homines pallidos (*Γ′* (*γαν*) *V*

19. Loquitur contra malos poetas admirando dicens: o imitatores aliorum in uitiis et: o seruum pecus, idest seruile. Sicut enim serui ad alienum praescriptum et imperium uiuunt, ita et uos aliorum exempla in malo semper imitamini. Quando enim uestram recordor uitam, plerumque iocor, plerumque irascor (*Γ′αbfV*

*Mire ait seruum, quoniam negant Stoici quemquam liberum esse praeter sapientem (*Γ′αbf*

21. Hic de se loquitur, ostendens, quomodo et qualia carmina scripserit; et sic loquitur, quasi neminem fuerit secutus, sed libero consilio sua carmina inuenta conscripserit (*Γ′αV*

3 diruptus *α* ruptus *r* 5 aliter] uel *r* cęna *f* gena *Γα* 8 nunc non *K.*] nunc no| *b, om. cett.* 9 posuerunt *γν*] proposuerunt *α* proposuerint *r* 11 se imitari *γ*] imitari se *rα* imitari *ν* putat — timagenem] *om. ν* 21 uestram] *om. νV* recordor *γνV*] recolo *rαbf* 25 hic] hęc *V* de se *rα*] *om. γνV* 26 scripserit *rα*] scripserat *γνV* et — conscr:] *om. α* 27 conscripserit *rV*] conscripsit *γν*

28. Metrum, inquit, Archilochi, quod nos imitamur, temperamus uersibus Alc⟨a⟩ei et Sappho, quos imitor. Sed neque eodem ordine uersuum utimur neque rebus, quibus socerum insequitur (*Γ′ε V*

30. *Socerum Licamben dicit, quem Archilochus ita persecutus est iambis, ut eum exagitaret et filiam eius sibi negatam ad laqueum confugere cogeret (*Γ′ α b f*

32. *⟨Hunc⟩] Alceum significat (*Γ′α*

*Hunc (*b*)] Alceum, sed melius Archilocum (*b*

35. Excusat se, cur, cum probetur a plurimis bene sua carmina composuisse, non tamen habeat laudatores, ostendens, quod propter inuidiam, quae est inimica uirtutis, per domos aliorum legeretur et publice detraheretur, et quia non conducebat sibi cibo et muneribus uestium fauorem uulgi, quod solent facere amatores adulationis (*γ v V*

37. *Persii illud (1, 53. 54):

Calidum scis ponere sumen,
Scis comitem horridulum trita donare lacerna

(*Γ α b f*

39. *⟨Auditor⟩] Iuuenalis (*s.* 1, 1) (*Γ α b f*

42. Illi enim pondus laudum nugis suis accumulare gaudent, qui carmina sua inhonesta laudari cupiunt (*Γ′ α f ε V*

43. *'Si dixi' *κατὰ κοινοῦ*; est autem pro 'si dixero' (*Γ′α f*

45. Ad illius dicta uereor libere et urbane respondere, ne eum ad iram commoueam. 'Naribus uti for-

1 inquit] *om. r* 2 sapho *v ε V* saffo *γ* safo *r* 3 sed neque] sed non *V* 4 insequitur *Γ′ε*] suum licāben persecutus est *V* 6 est *v b f*] *om. Γ α* 12 quod] hoc esse *V* est inimica uirtutis (tartatis *v*) *Γ′*] inimica uirtutis est *ε* inimica est uirtuti *V* 13 per — adulationis] *om. V* 22 accumulare gaudent] accumulant *V* 28 ne eum (κecū *α*) ad iram *Γ′α f*] Ne eos ad iracundiam *V* ad — respondere] *om. V*

mido': timeo esse fastidiosus et contemptor, sed honestas excusationes quaero, ne recitem (*Γ' α b f V*

47. Diludia dicuntur tempora, quae gladiatoribus conceduntur inter dies munerum, quibus pugnant (*Γ' α b f V*

[Spacium enim dandi carmina clamo et intermissionem uel dilationem ludorum exposco, et subiungit causam, cur postulet diludia, quoniam excludo (*leg.* ex ludo) iram (*leg.* ira) ex (*leg.* ex ira) inimicicia et bellum generatur (*V*

EPIST. 20

1. Hac epistola alloquitur librum suum metaphoricos quasi rem animatam, significans illum in publicum uelle procedere, se uero prohibere. Sed multi reprehendunt illum, quare in ordine aliarum epistolarum hanc posuerit et non in fine aut in capite, cum neque ad absentem neque ad hominem scripta sit. Quorum reprehensio refutatur, quia in fine libri posuit illam. Principium enim et finis nulla in omnibus libris regula continetur (*Γ f ε V sim. Porph.*

*Ad librum suum loquitur tamquam ad puerum prostaturum (*Γ'* (*γ ν b*)

Vertumnus et Ianus dii sunt, qui praesunt negotiis ementium et uendentium, ante quorum templa erant loca, in quibus cum ceteris rebus etiam libri uenales erant. Per deos autem loca significat (*Γ α f E V sim. Porph.*

Loca sunt in Rostris, ubi Sosii fratres libros uendebant, ut alibi (*epist.* I 1, 54. 55):

Haec Ianus summus ab imo
Prodocet (*Γ' α b f V*

2 ne] ut *V*   4 inter *Γ α b f*] in *ν V*   *u.* 49 — II 2, 65 *DEFICIT cod. Hor. ν*   12 se uero *r f*] sed se *γ V*, *eu. ε*   16 in] & in *γ V*   19 quasi *b*   21 sunt] fuerunt *α*   22 ante — significat *om. α*   23 etiam *r f E Porph.*] *om. γ V*   25 uendebant] deridebant *V*

2. In mensa Sosiorum, qui Graece bibliopolae appellantur, idest uenditores librorum. Dicti Sosii a familia, quorum mensam poetica licentia pumicem uocat (*Γ ε V*

3. 'Odisti', inquit, includi et sub sigillo esse, quod pudicis gratum esse consueuit, et doles, quod a paucis reuolueris (*Γ α f ε V ex Porph.*

7. *⟨Quid uolui?⟩] Vt (*Verg. ecl.* 2, 58):

Heheu quid uolui misero mihi? (*Γ α b f*

9. Quodsi ego, qui augur tuus sum, idest diuinus, tibi peccanti futura praedico, non odio tui loquor: tamdiu Romae carus eris, quamdiu noui libri pulchritudinem retinueris. Sed cum fueris sordidatus per processum temporis, nemo te ornabit atque describet, sed aut carie consumeris aut fient ex te opistographae epistolarum (*Γ α f ε V ex Porph.*

10. Deserat aetas (*Γ α f V*)] Prodat et ingratum faciat uetustas. Seruauit metaphoram, quasi de meretrice loquens (*Γ α f V*

17. *Quasi ipse liber pueros elementa docturus sit, ita loquitur (*Γ α f ex Porph.*

18. *Hoc est: ut senescas balbutientium meditatione (*Γ α b f E*

19. Tunc enim dictata accipiunt pueri, cum beneficio solis cera facilius deletur (*Γ α b f V*

1 uocantur *ε* 5 quod — reuolueris] *om. γ α* quod paucis recitem *Porph.* 6 reuoluaris *r* reuolueris *f ε V* 9 quodsi *r f ε V*] idest *γ α* 10 loquor *V Porph.*] loquar *Γ α f ε* tamdiu — describet] *om. γ α* 11 pulchrit: *r f*] pulcrit: *ε V* 13 describet *r f ε Porph.*] scribet *V* sed aut *r f V alt. loco Porph.*] Idest aut *γ α V alt. loco*, *euanuit ε*; *in V uerba* 'aut — epist:' *bis extant* 14 opistographe *V utrubique* epistographae *ε* ępistographę *α* epstographę *γ* epistographe *f* epistografae *r* *post* opistographe *in V alt. loco interpolatum est:* 'idest superscriptiones', *non alt. loco* 16 deserat] dos erat *V* deerat *f* 17 metaph: *r V*] metaforam *α f* metafora *γ* 23 enim] omnes *V* pueri] *om. r f*

Secundum morem librariorum et magistrorum loquitur, qui circa quartam et quintam horam pueris dictata praebere consuerunt, quo tempore tractabiliores sunt (*ΓαEV ex Porph. V add.*: et abhinc parentelam suam, staturam quoque corporis et aetatem urbane designat (p̄signat *V*)

21. *⟨Maiores pinnas⟩] Vltra dignitatem meorum natalium amicitiam Caesaris adquisisse et principum (*Γ*(*rε*)

22. Causam exponit, cur non uerecundetur humilem genealogiam profiteri, scilicet quod non haberet ex parentibus, haberet ex sapientia (*ΓεV*

23. *Terentii illud (*adelph. prol.* 18—20):

Cum illis placet,
Qui uobis uniuersis et populo placent,
Quorum opera in bello, in otio, in negotio (*Γαbf*

Domi et belli aduerbia sunt, ubi se dicit placuisse primis urbis, idest principibus: Augusto, M⟨a⟩ecenati atque Pollioni (*Γ V cons. Porph.*

24. Haec descriptio caracterismos appellatur, idest imaginatio formae hominis. Dicit autem se praecanum, idest properam canitiem habere et ante annos albescere (*Γε V cons. Porph.*

*⟨Solibus aptum⟩] Durae cutis hominem et ad laborem fortem (*Γα*

28. *Eo anno compleui XLIIII annos, quo Lollius consul sortitus est socium Lepidum in consulatu (*ΓEε*

2 dictata pueris *rE* 3 quo — sunt *E V Porph.*] *om. Γαf* 9 non haberet] non habebat *V* 16 atque pollioni *r*] apollini *γ* et pollioni *V* 19 dicit autem *Γε*] dicens *V*

EPISTVLARVM LIBER II.

EPIST. 1

1. Augusto petenti, ut aliquid sibi operis dedicaret, scribit Horatius ideo se huc usque non fecisse, ne iacturam rei publicae faceret, si uersibus suis Caesarem a re publica seuocaret. Deinde paulatim ad hoc descendit, ut de iudicio temporis queratur, quo antiquos poetas laudamus merito uetustatis, nouos contemnimus, etiam si ueteribus possint esse meliores (*Γαbf V*

Mire 'solus'; apparet enim deuicto iam Antonio, mortuo Lepido, qui triumuiri cum Augusto fuerant, hanc epistolam ad Caesarem scriptam (*Γαbf V*

2. *Moribus suis, aut quos ciuibus pro lege inposuit, sed melius suis (*Γαbf*

5. Sensus: tanti uiri, idest quos consecratio manebat, inuidiam inter suos passi sunt, quanto tu maiorem, cum praesenti tibi largimur honores (*Γ α b V*

Laudata uirtute Caesaris dicit ei soli contigisse, ut inuidiam uiuus uinceret. Et est ordo: Romulus et Liber Pater, dum terras hominumque genus colunt et cetera

4 scribit] scripsit *V* ideo] id ideo *Pauly* 6 seuocaret *rαV*] reuocaret *γbf* deinde paul:] Paulatim autem *b* Paulatim *V* 8 contemnimus *r pr. γ*] contempnimus *r corr. αbf V* 15 idest quos *K.*] iniquos *V* in quos *cett.* 16 maiorem *K.*] maiores *codd. Hauthal* 19 uiuus — faciunt] *om. r* uinceret] euinceret *ε* et est ordo] *om. ε*

faciunt, plorauere non respondere fauorem speratum suis meritis, recepti in templa deorum post ingentia facta (*Γε V ex Porph.*

8. *⟨Componunt⟩] Finiunt, ut Virgilius (*Aen.* I 374):

Ante diem clauso componet Vesper Olimpo (*Γα*

7. 8. Iucunde, dum ea, inquit, faciunt, quae tu, et tamen non fuerunt tam grata (*Γbf V*

9. Sensus autem est: tu solus promeruisti in uita templa et diuinos honores sine inuidia, quod nemo imperatorum habuit nisi post mortem. Vnde dicit, quia doluerunt in uita Liber et Castor et Pollux et Romulus, quod populus non redderet eis honorem, quem promeruerunt suis uirtutibus (*Γ V*

10. Diram (*γ*)] Herculem dicit, qui inter duodecim nota portenta etiam Hydram exussit (*Γα E V*

*Qui licet tantae uirtutis esset, non caruit inuidia, donec mortuus est (*Γα E*

11. ⟨Fatali p: labore⟩] Mire 'fatali'; ita enim semper adiunctus Herculi fuit, ut fatalis esse crederetur. Idem ergo expertus est inuidiam non nisi morte compesci. Vt alibi poeta (*carm.* III 24, 31. 32):

Virtutem incolumem odimus,
Sublatam ex oculis quaerimus inuidi (*Γαbf V*

13. *⟨Vrit⟩] Idest inuidiae liuore stimulat (*Γαbf E*

1 plorauere — fauorem] *om. r* 4 ut *r*] *om. γ* 6 componit *α* 7 iucunde (ioc: *b*) dum] *om. f* 8 fuer̄ = fuerunt *γ V*] fuere *rbf* tam *Γb*] *om. f* tunc *V* 9 Sensus] *ante hanc uocem haec leguntur in V:* Recepti ·i·e·aeo iea· promeruisti] minuisti *V* 10 imperatorum — doluerunt] *om. V* 13 quod — uirtutibus] nec ullis aliorum *V* 15 dicit *γα V*] significat *r E* 16 exussit *r F*] excussit *γα E* percussit *V* 23 incolumem *αb corr.*] incolum̃ *f* incolomen *Γ* incolom̃ *V*, *item ut uid. b pr.* odimus — inuidi] & cętera *V*

18. Populus, inquit, Romanus in hac sola re iustus et sapiens est, quod te praefert omnibus ducibus suis omnibusque Graecis, sed in hoc, quod cetera simili ratione non ponderat, stulte agit, dum omnia noua fastidit, quae a poetis scribuntur et quae a iudicibus dictantur, in tantum delectans ueteribus, ut legem Romanam, quae in XII tabulis continetur et foedera sub antiquis regibus facta uel quae Romani fecerunt cum Sabinis uel cum aliis gentibus, libros quoque annales, ubi iura pontificum continebantur, et antiqua uolumina uatum, idest Ennii, Homeri, Neuii, Pacuuii, Accii, Afranii, Terentii aliorumque ita pro uero teneat, quasi Musae ea locutae sint in monte Albano (*Γαε V*

23. *⟨Tabulas⟩] Legis (*leg.* leges) XII quae erant in aerario (*ε*

26. *⟨Annosa⟩] Ephexegesis (*Γαbfε E*

28 *sqq.* Ordo uerborum est: si Romani scriptores nouelli eadem trutina pensantur, quia quaeque scripta Graecorum sunt antiquissima uel optima, non est quod multa loquamur. Et est sensus: si Romani poetae eodem examine et iudicio examinantur, quo Graecorum, ut, quanto fuerint antiquiores, tanto sint honorabiliores et cariores, nouelli uero poetae pro nihilo ducantur, nihil restat, nisi ut ea, quae per naturam mutari non possunt, denegemus,

1 romanus inquit *α* sapiens et iustus *V* 5 et — dictantur] *om. V* dictantur] *om. r* 6 delectans *Γε*] delectatus *V* delectant *α* quae *γV*] quae in *rαε* 7 tabulis *rαεV*] legibus *γ* sub regibus antiquis *rαε* 9 ubi — aliorumque] ***nescio an haec uerba pro interpolatione habenda sint*** 11 accii afranii terentii] *om. V* accii *rα*] actii *γε* afranii] affricani *α* 12 teneat *r*] teneant *γαεV* ea locutae sint *γV*] locutae sint (s̄ = sunt *ε*) ea *rαε* monte albano *γεV*] albano monte *rα* 16 ephexegesis *b*] ef: *aut* eff: *cett.* 17 est *γα om. V* 19 uel *γα*] et *V* 20 eodem — ut *γα*] *om. V* 22 honerabiliores *V, recte α cons. γ* et cariores *V*] *om. γα* 24 ut *V*] *om. γα* per *γα*] post *V* mutari *γα*] mutare *V*

dicentes illud esse molle, quod naturaliter durum est, et illud durum, quod naturaliter molle (*Γ*(*γα*)*V*

28. *Si ideo negat populus nouellos poetas bonos esse, quia non sunt antiqui, Gr⟨a⟩ecos uero bonos, quia sunt antiqui, nil restat, nisi denegemus ea, quae naturaliter sunt, idest ut os oleae non sit durum et testa nucis, quod contrarium est (*Γ*(*rε*)

31. Hoc est: si non licet contradicere, negemus etiam ea, quae palam uidentur, idest contra naturam consentiamus (*ΓαbfV*

Sensus: si mentiendum est, inquit, quare non et haec nobis assumimus? (*Γαb V*

34. Hoc est: si temporibus meritum carmina sortiuntur et erunt sicut uina, uelim scire, quotus annus carmen laudabile efficiat (*ΓαbfV*

38—51 *absc. in b*

40. Hoc est: quid de illo poeta dicimus, qui post illum, qui ante centum annos mortuus est, deficit uno tantum mense posterior? (*ΓαfV*

45. Sicut, inquit, paulatim carpitur cauda equi, quousque tota sit extracta, ita et ego paulatim euellam numerum centum annorum, donec subducto aceruo numeri decipiatur ille, qui per uetustatem temporis laudat poetas et carmen ipsorum et ⟨a⟩estimat uirtutem carminis numero annorum (*ΓfεV*

*Crisippi sillogismi sunt seu dominos (*leg.* pseudomenos) et sorites; seu dominos (*leg.* pseudomenos) est,

2 naturaliter molle *α*] naturaliter est molle *γ* molle est *V* 9 ea *Γαbf*] *om. V* idest] quod *V* 11 sensus] sensus est *V* est inquit] inquid est *V* 14 et *γα*] *om. cett.* uelim — efficiat *γα*] *om. bfV; in rε haec legimus:* Si, inquit, uenustas (*sic rε, Hauthal falso* uetustas) et honestas in carmine tamquam in uino per (*sic rε, om. Hauthal*) tempus inquirenda est, uelim scire, quotus annus laudabile carmen efficiat 17 poeta] *om. r* 21 quousque] donec *r* et] *om. V* 22 aceruo numeri *γfε*] numeri aceruo *r* aceruo *V* 23 ille] *om. γV* 26 *hoc schol. om. Hauthal, emend. K., stud. Vindob.* 1901, *p.* 118 27 sorites] forites *f* soritas *Γα*

cum falsitatem ueritate confirmat, ut siquis dicat: dico me mentiri et mentior, uerum igitur dico. Sorites autem est, cum ultra modum capacitatis adsensionem audientis breui adiectione producit dicendo unum et unum (*Γαf cons.b*

48. *⟨In fastos⟩] Annales (*ΓαfE*

Qui nihil laudat, nisi quod sepultum est et defunctum ac per hoc antiquum (*ΓV*

49. *⟨Libitina⟩] Feretrum (*Γ*(*rα*)*fE*

*⟨Libitina⟩] Dea Egiptiorum, libidinis dea, quam quidam Venerem infernalem esse dixerunt; tamen et Libitina dictus lectus mortuorum (*α*

50. Ennius, ait, leuiter curare uidetur, hoc est uilior est, quam putabatur, nec ⟨curat quomodo⟩ promissis suis satisfaciat. Nam dixerat in somnis (*leg.* somniis) uidisse se, quod anima Homeri in ipsum per pauonem transisset; sed non ita dicit Ennius, ut Homero similis uideatur. Nam multa leuia et indigna auctoritatis in opere eius inueniuntur (*ΓαfV*

*Scribit enim in principio annalium suorum se somnio monitum, quod secundum Pytagorae dogma anima Homeri in corpus suum uenisset. Facete autem somnia Pytagorea dixit, ut ipsum etiam Pytagoram antiquum poetam Ennius licet iunior contempserit et nihil curaret, utrum anima Pytagorae uenisset in corpus suum an non, sciens se non inferiorem, quia, quanto iuniores, tanto perspicatiores (*Γ*(*rε*)

51. *⟨Critici⟩] Critos iudicium, unde critici iudices singularum rerum (*Γαbf*

*Critici idest iudices, secundum quorum sententiam Ennius sapiens fuit (*Γ*(*rε*)

1 falsitate ueritatē *α* 3 assensionem *γ* ascensionem *α* 6 et *Γ*] ac *V* 13 putabatur] putatur *V* curat quomodo *uel* curare uidetur quomodo *add. K.* 15 se *Γαf*] *om.V* per] *om.V* 17 auctoritatis] *om.γ* 19 enim *ε*] ennius *r* 23 nihil *ε*] non *r* 27 inde *α* 29 critici — quorum *r*] critos gr̄ dicitur latine iudex secundum quorum *ε*

52. ⟨Quo promissa cadant e. s. P.?⟩] Quo tendant (*leg.* tendat), ut possint (*leg.* possit) respondere promissis? (*Γ*(*r α*)*b V*

Pitagoras enim dixit animas in diuersa corpora transitum facere (*Γ α b V*

*Ennius Pyt⟨h⟩agorae animam dixit ad se uenisse in somnis (*leg.* somniis), et nihil de philosophia scripsit (*Γ α b f*

55. Quotiens legentes dubitant, quis prior fuit, licet alter multo antiquior sit, alter nouellus, aequaliter ueneratur ab illis (*Γ*(*γ b*)*V*

56. *Accius iunior poeta suo ingenio praecelluit Euripidem, qui fuit altus et sublimis ingenio (*Γ f E ε*

*⟨Senis⟩] Sophoclen dicit (*Γ*(*r b*)*E*

*⟨Alti⟩] Euripiden dicit (*Γ*(*r b*)*E*

57. *Afranius togatas comoedias scripsit, hoc est Latinas; nam Graecae palliatae dicebantur (*Γ*(*γ f*)*α b*

Afranius in libris suis Menandri stilum secutus est, [et] ideo toga illius dicitur ei conuenisse [idest stilus] (*Γ f ε V*

58. Epicharmus antiquus comicus Siciliensium erat (*Γ E V*

61. ⟨Hos ediscit⟩] Idest antiquiores: Neuium, Sophoclen, Euripidem, Afranium, Epicharmum, discit Roma in scolis et admiratur in theatris, despiciens iuniores, licet ipsi praecellant (*Γ f ε V*

62. Liuius antiquissimus poeta fuit Andronicus, qui primus comoedias scripsit (*Γ α b V*

2 poss̄ *α* = possunt   4 pit:] |agoras *b*   6 pytagorę *r b* phitagore *f* pitagorę *γ* pitagore *α*   ad se //// se dixit *b* ad se dixit *f*   7 nil *α f*   12 accius *γ f E*] actius *r ε*   14 -em *b E*   15 -em *b E*   17 *cf. schol. Iuuen.* 1, 3: Togatae sunt comoediae Latinae, quales Afranius fecit, palliatae Graecae   19 et *r f ε om. γ V*   illius] *om. V*   idest stilus *f ε*, *om. cett.*   21 erat *V*] *om. cett.*   23 idest *V*] *om. cett.* sophoclen *V* sophoclem *r f ε* sofoclen *γ*   26 ipsi *r f ε V*] illi *γ* *u.* 63—123 *DEFICIT cod. b*

67. Ordo: etsi fatetur multa eos ignaue dicere (*Γα V*

68. Iouem imitatur in suo iudicio recte iudicans reprehendendo ueteres, qui multa turpiter et obscure dixerunt (*Γ V*

69. Leuius autem fuit poeta lyricus ante Horatium nullius momenti; alias 'Neui', sed uerum est 'Leui' (*Γα V*

70. Excusat se dicens, quod non propter inuidiam talia loquatur de ueteribus poetis. Non censeo, inquit, Liuii carmina delenda, quae quondam mihi dictabat s⟨a⟩euus [Orbilius] magister, sed indignor et miror praeferri illa quasi emendata nihilque distantia a perfectis carminibus, cum sint adhuc mendosa (*Γε V*

71. Per transitum carpit Orbilium ludi magistrum. Eleganter autem ostendit uel librariis ueteres libros necessarios (*Γα V*

74. Idest propter unum uersum uel duos totum poema pretium facit (*Γ f E V*

76. In antiquis, inquit, si aliquid inhonestum uiderint, potius laudant, quam damnant; meum uero, quamquam honestum, propter nouitatem reprehendunt (*Γ*(*γε*)*V; in r scholion ipsum abscissum, nota intacta remansit*

79. Hoc est: in scenam recepta sit, ubi flores sparguntur, uel quia est Attae fabula, quae Matertera inscribitur, in qua flores enumerat (*Γα V*

⟨Attae⟩] Antiqui poetae ((*Γα E V*

*Atta ⟨tog⟩atarum scriptor tragoediarum et comoediarum fuit antiquus, qui in suis dictis ita florum genera

1 ordo *Γα*] ordo est *V* 5 liuius autem poeta fuit ante horatium liricus *V* poeta autem fuit liricus ante horacium nullius nominis *α* fuit autem poeta lyricus (lir: *γ*) ante horatium (homerum *γ*) nullius momenti, alias neui, sed uerum (uerius *r*) est leui *Γ* 9 liuii carmina delenda *V*] del: c: l: *Γε* 10 orbilius *rε om. γV* 12 adhuc *γε*] *om. r* ad hoc *V* 23 matertera *α pr. Porph.*] ma/////ra *r* materterra *α corr.* mater terra *γ* natera *V* 25 antiquus poeta *V, idem hoc schol. coniungit cum antecedente* 26 tog *in ε euanuit, in r abscissum*

repetit et numerat, ut sine dubio reprehendendus sit ob nimiam loquacitatem (*Γ*(*rε*) *ex Porph.*

80. Sensus ex superioribus pendet: si dubitem, inquit, de merito Attae, et cum Aesopum et Roscium coner reprehendere, exclament, inquit, patres (*Pers.* 5, 103. 104) ‘frontem perisse de rebus’, quia nihil rectum putant, nisi quod placet ipsis (*Γαf V*

82. *⟨A⟩esopus et Roscius antiquissimi comici fuerunt (*Γε*

84. Dicit idcirco senes iuniores despicere, uel quia nolunt et turpe uidetur eis iunioribus oboedire uel quia, quod in infantia didicerunt, secum semper retinere uelint (*Γε V*

86. *[Numa Saliare carmen composuit.] Quod Salii cantabant. Salii dicebantur, qui circa aras canendo saliebant (*ΓαfE*

88. Non tantum, inquit, laudat antiquos cum amore, quantum nos et nostra uituperat cum inuidia (*Γfε V*

91. Idest quid ad nostra tempora perueniret? Scilicet nihil (*ε V*

Idest si numquam noui fuissent, numquam fuissent ueteres, quia nihil uetus, quod non sit prius nouum (*Γε V*

92. Vtique apud antiquos, quae erant uetera, quamdiu noua fuerunt, si ideo displicuissent, non seruarentur recepta in auctoritatem (*V*

*Vtique, quae nunc uetera, fuerunt noua. Quae si ideo displicuissent tunc, quia noua fuerant, non seruarentur recepta in auctoritatem (*Γα bis f*

3 *hoc schol. sil. om. Pauly et Hauthal* 4 de — cum] *om. V* 6 nil *r* 7 placet ipsis *V*] ipsis placet *cett.* 10 iuniores despicere *γ*] despicere iuniores *rε* iuuenes despicere *V* uel] *om. r* 11 uidetur eis] eis uidetur *V* iunioribus oboedire *ε V*] iunioribus obedire *γ* obędire iunioribus *r* uel quia — uelint *om. r* quia quod *ε V*] quod *γ* 14 numa — composuit *α*, *om. cett.* 15 saliendo cantabant *α* 19 scilicet *K.*] si *ε* s, = sed *V* 21 idest *Γε*] *om. V* noui fuissent *rε V*] fuissent noui *γ* fuissent ueteres] essent uet: *rε* 22 quia — nouum] *om. V*

93. Hic ostendit, quod fuerit initium poeticae professionis, et dicit: quamdiu habuerunt Graeci bella, non studebant ludis; cessantibus autem proeliis ludos inuenerunt diuersos otiositati uacantes, inter quos etiam artem poeticam (*Γ ε V*

97. Coepit amare picturam, in quam intenderet uultus et mentes hominis (*Γ V*

99. Ita lasciuiebat, inquit, per diuersos ludos, sicut puella solet sub nutrice lasciuire (*Γ f ε V*

100. ⟨Reliquit⟩] Vt alibi (*art. poet.* 165):

Et amata relinquere pernix (*Γ α f V*

101. Ostendit nil nos amare uel odisse, quod non satietate mutetur (*Γ f ε V*

103. De Graecorum moribus transit ad consuetudinem Romanorum, qui, antequam coepissent lasciuire et poetriae studere, primo mane domum aperiebant uigilantes ad opus aliquod, soliti clientibus, idest minoribus amicis, praecepta dare, quo maiorum amicorum amicitiam colerent, et largiri cautos nummos congruis personis et aliis bonis studiis intendere. Sed cupiditas et leuitas mutauit eorum animos, ut intermissis aliis studiis tantummodo poetriae intenderent (*Γ ε V*

107. *⟨Damnosa⟩] Epitheton proprium libidinis (*Γ α f*

110. *⟨Fronde⟩] Hedera; haec enim arbor est poetarum (*Γ α f*

111. *⟨Ipse ego⟩] Satyrice nec sibi parcit (*Γ α f ex Porph.*

2 greci habuerunt *V* 3 studebant] studuerunt *γ ε* inuenerunt] adinuenerunt *ε* 5 poeticam] poetriam *V* 7 et mentes hominis] hominis et mentes *V* 12 nos nil *V* 14 consuetudines *γ ε* 15 poetriae *γ*] poetrie *V* poeticae *γ*, *sed cf. fin. schol.; ε euanuit* 17 dare p̄cepta *V* 18 quo *ε*] quorum *Γ V* 20 mutauit eorum animos *γ ε*] animos eorum mutauit *V* mutauit animos eorum *γ* 21 tantummodo] *om. V*

*Dicit ergo tanto studio se teneri poetriae, ut publice quidem mentiretur se uersus non componere, rediens autem domum ante solis ortum tabellam arripere⟨t⟩ (*Γ*(*rf*)*Eε*

112. Mendaces Parthi dicuntur ob id, quod datis indutiis Crasso rupto foedere subito adorti sunt et eum peremerunt (*ΓαfV*

113. *⟨Scrinia⟩] Capsas, in quibus scripta reponuntur (*Γαε ex Porph.*

114. *Persius (5, 102—104):

> Nauem si poscat sibi peronatus arator
> Luciferi rudis, exclamet Melicerta perisse
> Frontem de rebus (*Γαf*

*Persius (5, 100. 101):

> Diluis elleborum, certo compescere puncto
> Ignarus: uetat hoc natura medendi (*Γαf*

Hoc contra eos, qui ignari artis poetae uolunt haberi; et dicit, quia, cum alii propriis studiis contenti sint nec audeant inchoare uel appetere, quod ignorant, ad studium poetriae etiam, qui artem ignorant, audent se conferre (*ΓV*

117. *Vt in arte poetica (*u.* 382):

> Qui nescit uersus, tamen audet fingere (*ΓαfE*

119. Non facile, inquit, auarum poetam reperies (*ΓαεV ex Porph.*

121. Docet, quomodo possit discerni bonus poeta a falso, seruans bonum ordinem secundum laudis praecepta,

3 arriperet *K.*] adripiat *Hauthal* arripere *rfE*, *ε euan.* 4 Parthi mendaces *V* id] hoc *V* 5 indutiis *r*] induciis *fV* indiciis *γα* ut eum perimerent *V* 10 nauem *r Persius*] nauim *γ* nā uī *f* naues *α* si poscat sibi *Persius*] si poscat *γ* sibi poscat *αf* sibi si poscat *r* peronatus *rα*] personatus *γf Persii P* 15 ignarus *rαf*] hignarus *γ* nescius examen *Persius* 16 haberi] uideri *V* 19 ignorant *rV*] ignorent *γ* 22 reperies *αεV cons. Porph.*] inuenies *Γ* 24 docet] dicit *V*

dum ostendit, quibus malis carere debeat, et sic uenit ad ea bona, quae habere debet (*ΓεV ex Porph.*

Ridet (*V*)] Idest pro nihilo deputat, nihil curans dampni, si ei nuntiatum fuerit (*ΓfEV*

123. *Siliquis] Leguminibus (*ΓαfE*

*⟨Pane secundo⟩] Idest uiliore, qui fit ex cantabro (*r*

*⟨Secundo⟩] Non siligneo, non primo, non ultimo (*ΓαbfE*

126. *Persius (1, 35):

Et tenero subplantat uerba palato (*Γαbf*

133. Ostendit utilitatem magnam a poetis urbi inferri, quia ipsi componunt carmina, quibus dii placantur per ora puerorum et puellarum, sicut est istius Saeculare Carmen, quod pueri et puellae cantauerunt in Capitolio. Quae carmina ditirambica uel poema uocantur; ac per hoc, quod pueri et uirgines a diis impetrant pro statu rei publicae, asscribendum est poetae, qui carmina componit. Antiquitus enim et pueris et puellis praecipiebatur cantare carmen, ut aetas innocentior deos placaret (*ΓV*

*⟨Preces⟩] Hymnos uersibus compositos (*ΓbfE*

136. *Maro (*georg.* III 539. 540) de morbis:

Timidi dammae ceruique fugaces
Nunc interque canes et circum tecta uagantur

(*Γαbf*

142. *'Pueris' filiis, ut (*Verg. Aen.* VI 832):

Ne pueri, ne tanta animis a. b.

aut 'pueris' uernis dixit (*Γαbf*

1 malis *Γ Porph.*] *defic.* ε maculis *V* 3 nihil—fuerit *V*] *om. cett.* 4 nunciatum *V* 8 siligneo *γα*] siligineo *rE* silligineo *b* sigilineo *f* non ultimo] † ultimo *γ* 11 subplantat *bf*] supplantat *Γ* supplantet *α* 13 quia] qui *V* 14 ora — per] *om. V propter homoeoteleuton* 19 enim et] enim *V* 20 cantare carmen *rV*] carmen cantare *γ*

144. Qui enim Genio indulgent, memores sunt breuis aetatis (*Γ(γε) V ex Porph.*

145. Per hunc, inquit, morem ueterum agricolarum inuenta sunt etiam Fescennina, in quibus exprimebantur iocosa conuicia. Dicta sunt autem Fescennina ab oppido, unde primum processerunt (*Γε V ex Porph.*

Ostendit ergo, quia, sicut antiquitus dii sacrificiis placabantur, ita modo carminibus (*Γε V*

148. Dicit, quia tamdiu amabiliter tragoediae et com⟨o⟩ediae et Fescennina carmina cucurrerunt, donec ipsa libertas in uitium uerteretur publice et nominatim aliorum uitia carpendo; sed indignati non solum illi, qui lacessebantur detractionibus, uerum etiam, quibus ingratum erat nobilibus personis contumeliam inferri, lege constituerunt, ut nemo nominatim alicuius uitium recitaret; quod siquis poetarum egisset, fustibus c⟨a⟩ederetur (*Γ V sim. Porph.*

149. De com⟨o⟩edia dicit Attica, quae ante mordax fuit sub Polemone comico apud Athenienses, sed postea ad Romanos comicos transitum fecit (*Γαbf V*

154. Fustis (*V*)] Non puto 'crucis' dici, quippe de ingenuis † sed p⟨a⟩ene uel a canibus tractum est: nam cum fustes metuunt, a morsibus abstinent (*Γαbf V*

Quia fustuario multabantur auctores infamium carminum (*Γε V ex Porph.*

156 *sqq.* Volens ostendere, quomodo plenius Latini artes coepissent exercere, dicit, quia Graecia capta militari

1 br: aet:] uitae breuitatis *ε* 5 conuicia ε_1 *ut uid. Porph.*] conuiuia *Γ*ε_2 *V* 6 processerunt *Γε Porph.*] processerant *V* 9 tragoediae — uitium] *om. r* 10 carmina] *om. V* cucurrerunt] cucurrerant *V* 13 lacessebantur *γ*] lacessabantur *V* lacessiebantur *r* ingratum — inferri] contumelia non inferebatur nobiles *r* 14 lege] *om. V* 18 |edia *b* 19 polemone *γα*] ¦emone *b* palemone *rf V* 20 fecit] facit *V* fuit *f*; *totum schol. sil. om. Pauly et Hauthal* 22 de ingenuis sumebatur *uel* sumenda erat poena; *susp. K.* 23 abstinent se *V* 24 cedebantur fustis *r*

uirtute Romanorum cepit postmodum arte liberalium studiorum ferum uictorem suum, Romanum scilicet populum, et intulit artes [liberales] agresti Latio (*ΓV*

158. 'Defluxit' mollius coepit fluere aut desiit fluere hoc uirus graue, 'numerus Saturnius', hoc est uetus carmen Italiae; Saturnia enim Italia dicta est.

'Graue uirus' morum ueterum et carminum, hoc est poesis, quae erat Saturni temporibus (*ΓαbfEV*

Saturnium uocatur metrum, quo usi sunt Latini ueteres sub Saturno rege et postea longo tempore; quod horridum est, idest non bene compositum. Dicit autem, quod statim ut c⟨o⟩eperunt habundare diuitiis et mundiciis, cessauit illud metrum incomptum, et graue uirus mundiciae pepulere, idest liberales artes assiduo studio excultae, sed adhuc uestigia rusticitatis in Latina lingua manent (*Γ*(*rε*) *V cons. F*

⟨Graue uirus⟩] Metrum noxium, quo persequebantur poetae (*rV*

160. Ideo non potuit uitare rusticitatem (*αεV*

162. Ostendit, quod post destructam Africam Romani coeperunt poetriam exercere (*ΓV*

164. [Dicit, quod, postquam legerunt libros Graecorum (ḡc:), caeperunt eos transferre (*V*

166. Poetae Romani satis audent altam materiam comprehendere, sed turpem putant lituram [longam]; et haec est causa, cur ingenia bona Latinorum ad perfectum uenire non possint (*ΓαbV*

1 cęperit *V* 2 ferum] *om.* *V* 3 liberales *γ* *om.* *rV* 5 uirus graue *K.*] uiḡ *r* in ḡ *γ* inḡ *αV* ingrecis *f* |is *b* 6 dicta est *Γαbf*] dilecta *V* 7 graue u:] *om.* *αbf* 8 temporibus *rfE*] temporis *γ* tempori *V* tempore *b* 10 rege] *om.* *r* 12 quod] quia *r* statim] mox *r* coeperunt habundare] habundauerunt *r* 13 ac *ε* graue — manent] *deficit* *V* 20 destructam *γV*] deuictam *r* 21 cęperint *V* 24 audent altam (alteram *bf*) *rbf*] audent at tam *α* altam (alteram *V*) audent *γV* 25 longam *r*, *om.* *γαV*, *absc.* *b* 27 possint *rV*] possunt *γαb*

167. Hoc uitium de omnibus poetis in commune processit, quod omnes poetae carmina sua scripta incorrecta dimittebant (*V*

168. *Quoniam de communibus rebus comoedia loquitur, ut in arte poetica (*u.* 240):

Ex noto fictum carmen sequar (*Γbf*

*Yperbaton. Creditur comoedia minimum habere sudoris, quaeris, de quibus (*leg.* quia res) ex medio accersit (*Γαbf*

170. Quanto ⟨ueniae minus⟩ (*V*)] Nulli parcit, quoniam omnium uitia carpit (*V*

*Hortatur lectorem, ut studiose consideret, quomodo Plautus discurrat per comoediam disputando de pueris ephebis, de patribus (*Γ*

172. *⟨Lenonis⟩] Conciliatoris stupri (*ΓfE*

173. *⟨Quantus sit⟩] Scilicet 'aspice'; *ἀπὸ κοινοῦ* (*Γαf*

*⟨Dossennus⟩] Atella⟨na⟩rum scriptor (*Γαbf*

*Persona comica (*Γ*(*rε*)

Parasiti uocantur, qui qu⟨a⟩estu gulae dominis fauent, idest adulantur (*ΓV*

175. Magis enim lucrum quam laudem uult adipisci ex sua comoedia; ac per hoc non honeste, ut deceret, multi carmina scribunt, non curant, quid eueniat, postquam lucrum inde perceperint (*ΓV*

*⟨Gestit⟩] Plautus siue Dossennus (*Γαbf*

177. Transit ad gloriosum poetam, qui, si non laudetur, et animum et artem abicit; qui laudari se uidens fit temerarius ac tumescit, spectatorem uero lentum ad laudandum se uidens tristatur (*ΓV*

1 uicium *V* 10 uicia *V* 15 apo koiniu *r* opo κοιπδ *γ* Λpokoιмδ *α om. f* 19 questui gulae fauent *r* 20 idest *V*] et *r om. γ* 22 ut — perceperint *Γ*] *om. V* 28 spect: — tristatur] *om. V*

180. *⟨Res ludicra⟩] Iocularis fabula (*Γ*(*rf*)

181. [Si propter palm⟨a⟩e folia macer sum (marcessum *V*) uel opimus, pereat com⟨o⟩edia, si laus propter illam capta animum extollit, negata affligit (*V*

182. Ostendit, quia, dum poetae carmina recitarent in scena, ad tres uel quattuor horas populus intentus erat; post uero uulgaris populus, qui plus delectatur ludis quam carminibus, exorabat magistros bestiarum, ut adducerent in theatrum aut ursum aut leonem aut elephantem album aut pantheram. Insuper etiam nobiliores aliqui ad eosdem ludos se conuertebant sicque praecipiebatur recitatio carminum cessare, quae res non parum turbabat poetas, dum illorum carmina contemnerentur (*Γα V*

186. *Vt Terentius (*hecyr. prol.* 25 *sq.*):

Pugil⟨um⟩ gloria funambuli *Γ*(*γα*)

190. *Hoc est: dum pyrricha populus delectatur (*Γα*

192. 'Esseda' Gallorum uehicula sunt, quibus uicti reges [ab aliis regibus] uehuntur captiui; 'pilenta', quibus uehuntur reginae captiuae; 'petorrita' uehicula familiarum captiuarum, quae omnia ad spectaculum adducebantur; 'naues' quoque deuectae per Tiberim, qui non longe aberat a theatro; 'ebur' quoque 'captiuum' et uasa Corinthia captiua (*Γα V sim. Porph.*

In Corintho multa simulacra erant, quorum metalla in unum sunt redacta, dum eam Romani incendio cremassent; ex quo postea multa uasa fabricata sunt, ut possent transire in pompa[m] triumphi (*Γα V sim. Porph.*

7 plus *γV*] potius *r* pocius *α* 9 elefantem *rα* 10 panthiam *V* 12 cessari *rα* 13 contemnerentur *γα*] contempneretur *V* contempnebantur *r* 19 uehicula sunt fam: *V* familiarum *γαV cons. Porph.*] famularum *r* 20 adducebantur *αV*] ducebantur *Γ* 21 deuectae *K.*] deuictae *Γ* deuicte *V* deuinctę *α* 22 a *Γα*] *om. V* 24 erant simulachra *r* 27 pompa *K. cum Porph.*] pompam *ΓαV*

193. ⟨Corinthos⟩] Aes Corinthium significat, aut quoniam praetextae argumenta habent de euersione Corinthi (*Γαbf V*

*⟨Corinthos⟩] Opes Corinthi (*Γαb*

194. Democritus philosophus omnia, quae homines facerent, quippe morituri, ridere consueuerat. Propter quod publice cum eo iniuriarum actum est (*Γαbf V*

*⟨Rideret Democritus⟩] Iuuenalis (10, 33. 34) [dicit]:

> Perpetuo risu pulmonem agitare solebat
> Democritus (*r bis*

195. *⟨Confusa . . . panthera camelo⟩] Vnde camelopardalus (*Γb*

Ordo [est uerborum]: si foret Democritus in terris, rideret, seu conuerteret ora uulgi panthera confusa camelo, diuersum genus, siue conuerteret ora uulgi albus elephas, et spectaret ipse Democritus populum attentius ipsis ludis, idest plus quam ipsos ludos, utpote praebentem sibi spectacula plura mimo aliquo. Scriptores autem putaret narrare fabulam surdo asello. Et est sensus: si adforet Democritus praesens, dum populus carmina contempnens ludis intendit, tunc rideret non tam ludis scenicis delectans quam ipsius populi uanitate, in qua omni mimo et suauius et maius spectaculum reperiret. Panthera autem dispari sexu procreatur ex panthera et camelo (*cons. f*), sicut leopardus ex parda et leone, quod monstruosum est, sicut et elephantem album uidere, cum naturaliter niger sit (*Γ α V*

202. Quando, inquit, uoces uulgi uincunt uoces reci-

2 quoniam *αbf V*] qui *r om. γ, uid. stud. Vindobon.* 1901 *p.* 118 euersione] conuersione *bV* 7 publice] *om. bf* 9 dicit] *om. r alt. loco* 14 est uerborum *γα*] uerborum est *r om. V* 16 siue *γα V*] seu *r* elefas *γ* elephans *α* 19 plura *r*] plurima *γαV* mimo] nimio *α* 20 adforet *γ*] afforet *rαV* 22 ludis *rα Porph.*] lalibus *V* laudibus *γ* 29 recitantum *V*] recitantium *γ*

tantum in scena, fit tantus strepitus per theatra, ut putes per fragorem resonare montes Apuliae et Gargani siluas et mare Tuscum; quod solet ualidius fieri mense Ianuario (*γ V*

204. ⟨Oblitus⟩] [Idest] undique sono perfusus et tumultu et admiratione bestiarum (*Γbf V*

206. Loquitur ex persona eorum, qui recedentes a pulpito ad ludos ierant iterumque reuertentes requirunt, utrum poeta aliquid boni uel noui dixerit, et ille: nihil boni (*Γαbf V*

207. *Violacium et purpureum colorem (*r*

208. Sensus est: ne forte putes me uituperare, quod alii faciunt comoediam et tragoediam, quia recuso facere, dicam tibi, quia ille poeta uidetur mihi bonus esse et rem difficilem aggredi posse et quasi per funiambuli ⟨rest⟩im discurrere, qui etiam potestate carminis de inani re moderatur affectus animi mei (*cons. Porph.*), ut aliquid scribens nunc constringat animum ad dolorem, prouocet ad fortia, mulceat iterum, nunc terreat et quasi magus promittat se agere magna, uidelicet ut describens locum Thebarum uel Athenarum uideatur mihi me statim huc transferre (*Γαbf V*

209. *⟨Maligne⟩] Hoc est: sic laudare, ut carpam (*Γαb*

216. Potest hoc intellegi (*Verg. Aen* VI 662):

Quique pii uates et Phoebo digna locuti (*ΓαbV*

217. ⟨Calcar⟩] Stimulum et irritamentum carminis scribendi (*ΓαbfE V*

2 sonare *γ* 5 idest *Γ om. f V* alit̄ *b* 8 requ:] inquirunt *r* 9 utrum] an *r* et — boni *rαV*] *om. γbf* nihil] nil *r* 12 est] *om. rV* 15 funambulum *Γα* funiambulam *V* fanambulam *f* |ulum *b* funiambuli restim *suspic. K.* 17 moderatur *rαbf Porph.*] moderatus *γV* 20 magna] magica *Fabric.* 25 potest *γαb*] post *rV* 27 carminis scr: *γαbE*] scribendi carminis *V* carminis *rf*

219. Satyrice nec sibi parcit dicens se agere, quod in aliis culpat (*ΓfEV cf. schol. u.* 111

Ostendit culpam, quare illorum carmina efficerentur uilia, uidelicet quia Augusto in aliis occupato inportune offerrent, uel etiam quia reprehensionem amicorum insererent (*ΓαV*

Hoc est: ut ipse me detraham; prouerbium enim in eo⟨s⟩ sumptum tale est, qui ipsi sibi uolentes nocent (*Γαbf V*

224. Facimus item uilia carmina nostra, cum speramus uenturum esse tempus, ut statim, quo cognoueris nos [bona] fingere carmina, prorsus euoces et dites muneribus (*ΓαV*

228. *Discretio inter accerso et arcesso h⟨a⟩ec est: accerso scilicet uoco, et uenit a uerbo quod est accio accis, quod quartae coniugationis; arcesso idem significat, quod et primitiuum eius, a quo deriuatur, idest arceo. Sed secundum Priscianum (I *p.* 35 *H.*) arcesso uenit ab arcio, quod nunc dicimus accio, et est compositum ex ad et cio, quod est uoco, quia antiqui ar pro ad dicebant (*E cons. edit.*

229. *Dignum est, ut cognoscamus, quis poetarum dignus sit conscribere facta tua, quae non sunt committenda turpi poetae (*ΓαbfEε*

230. *⟨Aedituos⟩] Custodes ac per hoc uates, poetas, alii sacerdotes (*Γ(rb)f*

233. Choerilus poeta gesta Alexandri Magni describens, licet in tanto opere non amplius quam VII uersus probos composuisset, tamen pro singulis singulos Philip-

1 satyrice *rf*] satirice *γEV* 4 uidelicet quia *γ*] quia uidelicet *r* uidelicet *V* 7 me *ΓαbfV*] mihi *Porph.* 8 ipsi *r*] ipsis *γαbfV* uolentes (uolentis *V*) nocent *γαV*] nocent *bf* nocent uolentes *r* 10 item *γV*] ite *α om. r* nostra *rα*] *om. γV* 11 quo] qui *V* 12 bona *rα*] *om. γV* euoces *γαV*] uoces *r* 16 quod *E* quod est *edit. et commentator Cruquianus* 23 tua facta *αbfE* 27 (choerilus *ε*) 29 tamen pro] *om. γ*

peos, idest nummos aureos, accepit, et est sensus: si, inquit, malus poeta ita remuneratus est, quanto magis boni remunerandi sunt a te, o Auguste (*ΓαεV*

234. *'Acceptos Philippos' nummos scilicet, qui Philippi uultu signati essent (*ΓαbfE*

236. Sicut, inquit, atramenta polluunt, quodcumque contigerint, ita mali poetae res splendidiores obscurant sordibus ingenii sui (*ΓαεV ex Porph.*

237. Dicit errasse regem in poetis tantum, ceterum in pictoribus diligentissimum fuisse, ut nemini permitteret se pingere [coloribus] nisi Apellen et sculpere in aere nisi Lysippum (*ΓαεV*

240. *Alius Lysippo, hoc est: alius quam Lysippus, et est noua locutio (*Γαb*

244. *Boeoti hebetes sunt habiti, quasi *βοῶν ὦτα ἔχοντες* (*Γαbf*

*Quia in crassiore aere nati tardioris sunt ingenii (*r*

245. Ordo: at dilecti tibi Virgilius Variusque neque dedecorant (*ΓαbfV*

DEFICIT cod. γ

246. Multa cum laude decies tulerunt, propterea quia iam singulis his donauerat Augustus decies sestertium (*Γ(rα)bfV*

252. 253. ⟨Arces montibus impositas⟩] Hoc est: quae cum montibus impositae essent, tamen a te captae sunt (*Γ(rα)fV*

260. Sensus: imperitus laudator, dum nimium studiose laudat, magis uulnerat et atterit gloriam, praesertim

6 quodcumque *rαεV Porph.*] quicquid *γ*   7 splendidiores *γV*] splendidas *rαε* splendididissimas *Porph.*   8 sordibus ingenii sui *rε Porph.*] sordidis ingeniis *V* sardibus ingeniis *α* sordiis ingeniis *γ*   11 coloribus *rα om. γV*   15 *β*: *ῶ*: *ἔ*: *om. b*   18 ordo *Γαbf*] ordo est *V*

si malus poeta uersibus laudet; plus autem meminit, quod quis ridiculum legerit, quam quod fuerit admiratus; ut malus pictor magis deformat pingendo praue et quasi ornando (*Γ*(*rα*)*bfV*

265. *'Cereus' pictus; noue dixit (*Γ*(*rα*)*bfE*

EPIST. 2

1. Florus irascebatur Horatio, quod eius epistolam non acciperet. Excusat se apud eum Horatius, quoniam non promiserit, et ait iniuste eum irasci, qui exigat non promissa, carmina autem ideo se non mittere, quia philosophari coeperit (*Γ*(*rb*)*fV sim. α*

8. Quidam 'imitabitur' legunt, quod est a puero alienum. Melius ergo legimus 'imitaberis', idest tam se⟨cundi⟩ ingenii est, ut flectas eum, quo uelis, tamquam argillam udam; et in ueteribus exemplaribus 'imitaberis' legitur (*Γ*(*rα*)*bfV*

12. *⟨Meo sum pauper in aere⟩] Hoc est: nil debeo (*Γ*(*rα*)*bfE*

14. *Fugitiuum simpliciter ac lenissime confitetur (*Γ*(*rα*)*bf*

*'Cessauit' moram fecit, ut (*Persius* 5, 127):

Cessas nugator (*Γ*(*rα*)*bf*

15. *Non 'latuit in scalis', sed 'metuens habenae pendentis in scalis' secundum morem Romanorum, qui

1 laudet *αV*] laudat *rf, absc. b*   2 quam quod *f*] quam pro (fuerit) *α* quamquam *r* tamquam *V* quē quā *b*   9 promiserit *αfV*] promiserat *r absc. b*   et ait *rbf*] ait *α* etiā *V*   10 coeperit philosophari *f*   13 tam secundi *K.*] tam se *rbV* tanti *f* talis *α et edit.; in r post* se *duarum litterarum spatium uacuum relictum est, unde in Γ olim fuisse* scdi *coniecerim*   14 ingenii est *rαf cons. b*] ingeniū *V ut uid.* ingenii es *edit.*   24 (pe)ndentis — incutiendum] *absciss. r*

seruos suspensos ad trabes flagellabant et in media domo ad timorem incutiendum habena pendebat (*Γ*(*rα*)*bf*

*⟨Habenae⟩] Flagelli (*Γ*(*rf*)

19. Interrogatiue, ut sit 'nempe dixi', et nunc ita se ait fecisse, ut eum, qui puerum uendidit (*Γ*(*rα*)*bfV*

25. 'Mendax' ad utrumque referri potest (*Γ*(*rα*)*bfV*

26. *Hoc exemplo ostendit se primum dispendio rei familiaris coactum, post inuitatum donis ad scribendum. Actum est bello, quod gessit Lucullus consul cum Mithridate, rege Pontico, cuius milites primum necessitate compulsi coeperunt praedari, postea uero donis et muneribus sunt prouocati. Qui quadam nocte dum dormirent, saginas eorum et uiatica omnia perdiderunt. Tunc coacti uiriliter expugnauerunt quoddam praesidium, ubi erant thesauri Mithridatis (*Γ*(*rα*)

Competenti iocatur exemplo, quasi ipse paupertate compulsus scripserit carmina (*Γ*(*rα*)*b V*

28. ⟨Vehemens l.⟩] Hoc est: nec sibi parsurus nec hosti (*Γ*(*rα*)*fV*

*Vt Maro (*Aen.* II 355. 356):

Lupi ceu
Raptores a. i. n. (*Γ*(*rα*)*bf*

32. ⟨Donis⟩] Militaribus ornamentis et nihilominus pecunia (*Γ*(*rα*)*bfV*

34. ⟨Praetor⟩] Pro imperatore; significat autem Lucullum (*Γ*(*rα*)*bfV*

40. Ex Graeca fabula fictum de athleta, qui follem perdiderat (*Γ*(*rα*)*bV*

*⟨Zonam⟩] Byrsam (*α*

41. *Horatius Venusinus fuit aut Apulus, sed Romae ad tempus instructus est. Deinde uero perrexit Athenas,

5 ut eum — uendidit] *om. V* 6 potest referri *V* 12 dum *r*] cum *α* 16 competenti — scripserit] *om. V* 21 lupi] *om. b* 22 a. i. n. *f*] a. i. p. *α om. rb* 25 significat — luc:] *om. b* 31 ad tempus *ε*] *om. αf*

matrem litterarum, ubi ethicam, idest moralem, didicit reuoluens Platonis libros. Ab illo studio secutus est partes Bruti, quo fugato ab Augusto Horatius cum aliis proscriptus est, idest hereditate priuatus, ac necessitate compulsus contulit se ad studium pristinum (*Γ*(*r α*)*ε*

45. Academus aput Athenas porticum extruxit; inde porticus Academia et ex ea Academici, quorum siluam iucunde dixit, quia ita qu⟨a⟩erunt uerum, ut idem negent inueniri posse, cum Stoicorum et Peripateticorum et Epicureorum stabilis sit adseueratio (*Γ*(*r α*)*b f V*

47. Tyronem et ignarum. Euocatus enim a Bruto est per potentiam, quia tunc Achaiam et Athenas tenebat, etiam similitudine studiorum, cum esset celebri nomine in philsoophia (*Γ*(*r α*)*f V*

49. Campi Thessaliae, ubi contra Brutum pugnauit Augustus (*Γ*(*r α*)*b V*

50. *Hoc est: amissa dignitate, qua ante sublimis ferebar (*Γ*(*r α*)*f*

53. Sensus: cum iam non egeam, insanio, si uersus facio, et cicuta curandus sum, nisi otium poeticae praefero (*Γ*(*r α*)*f V*

57. Hoc est: facilitatem scribendi uel comitatem extorquere iam temptant (*Γ*(*r α*)*b V*

60. Inde Bioneis (*b*)] Liuidis et amaris iocis, idest satyra. Sunt autem disputationes Bionis philosophi, quibus stultitiam uulgi arguit, cui p⟨a⟩ene consentiunt carmina Luciliana. Hic autem Bion, qui Sophistes cognominatus est in libro, quem edidit, mordacissimis salibus ea, quae apud poetas sunt, ita lacerauit, ut ne Homero quidem parceret (*Γ*(*r α*)*b f V*

*⟨Bioneis⟩] Satyricis, amaris et asperis; Bion enim poeta satyricus fuit (*Γ*(*r α*)*b f E*

2 illo *α ε*] eo *r* bruti partes *r* 6 (aput *α*) 12 quia *α f V*] qua *r* 20 et cicuta — praefero] et ei cura (*sic*) *V* poeticae *r*] poetice *α* poetriae *f* 25 satyra *r b f*] satira *α V* 26 stulticiam *r α f V euan. b* 31 satyr: *E*] satiricis *r α b f* 32 satyricus *r f E*] satiricus *α*, *absc. b*

*⟨Sale nigro⟩] Amara iocularitate (*α*

65. Omissis aliis credis Romae posse carmina scribi inter tot curas occupationum? (*Γ*(*rα*)*bV*

REDIT cod. v

68. *⟨A⟩egrotat, ut superius (*serm.* I 9, 18):

Trans Tiberim longe cubat (*Γ′*(*rαv*)*bfE*

70. Humane (*V*)] Idest probe (*Γ′*(*rαv*)*bEV*

*Yronice (*Γ*(*rb*)*fE*

'Commoda' breuia, sed e contrario ostendit, quod magna sint (*Γ′*(*rαv*)*bfV*

72. Geruli sunt, qui portant ea, quae necessaria sunt ad fabricam (*Γ′*(*rαv*)*bfEV*

73. *⟨Torquet⟩] Trahit (*r*

*⟨Tignum⟩] Lignum materiale (*Γ*(*rα*)*bf*

76. *⟨I nunc⟩] Ironicos (*Γ′*(*rαv*)*bf*

77. *⟨Nemus⟩] Solitudinem (*Γ′*(*rαv*)*bfE*

79. *Hoc est: uis me alienis uerbis dictare? nam 'contacta' pro detritis et diuulgatis dixit, et me uis scribere, ut ad uates antiquos proxime accedam? (*Γ′*(*rαv*)*bf*

80. *⟨Contacta⟩] Ab aliis dicta (*Γ′*(*rαv*)*bfE*

81. *⟨Vacuas⟩] Otiosas, quietas (*Γ′*(*rαv*)*bfE*

83. *⟨Statua⟩] Insensibili re (*Γ′*(*rαv*)*bfE*

84. *⟨Hic⟩] Romae (*Γ′*(*rαv*)

87. *'Mucius' scilicet Sc⟨a⟩euola, amicus Ciceronis, qui primus iuris consultus apud ueteres scripsit (*Γ′*(*rαv*)

89. *⟨Gracchus⟩] Eximius orator (*Γ′*(*rαv*)*bfE*

8 yronice] yRONIKE *r* 9 e *vfV*] a *rb* as (*sic*) *α* 11 illa *f* ea *cett.* 13 *Inde ab hoc uersu scholia V in ultima pagina scripta uix legi possunt* 15 ironice *α* yronikos *r* yronicos *vb* yronicę *f* 17 alienis uerbis dictare *b*] alienis dicere *rαv* aliena dicere *f* 18 contacta] contracta *αb* conta *v* me] ita me *αb* 24 mucius — ciceronis] *om. r* mutius *v* 25 iurisconsultus *edit.*] iura consultus *rα* iura consultis *v*

*⟨Mucius⟩] Iurisconsultus (Γ′(*rαν*)*b*

90. *⟨Qui⟩] Quomodo (Γ′(*rαν*)*bfE*

*⟨Argutos⟩] Loquaces (Γ′(*rαν*)*bfE*

91. Nota, inquit, quod superbi incedamus, quasi non omnis aedes poetis plena sit. Item hoc ipsum aliter: nota, quod sollicite requiramus uel unam aedem uatibus uacuam. Aliter: aspice, quanto molimine requiramus locum certandi, quasi uix inueniatur aedes, in qua non illi recitant, quae sint digna nostris carminibus (Γ′(*rαν*)*fV*

Iam ponit uerba poetarum inuicem se laudantium. *Εἰρωνικῶς* (Γ′(*rνb*)*V*

92. *⟨Opus⟩] Heroicum (Γ′(*rνb*)*fE*

94. Idest ut negemus in templo Apollinis ullos poetas habere carmina (Γ(*rα*)*bfV*

98. Sensus: inuicem odiosi sumus fallendo nos et mala carmina praedicantes, et hoc sine fine facimus, ut Romani quondam pugnauere cum hostibus Samnitibus usque ad noctem. Vnde Ennius (*ann.* 172 *V.*):

Bellum, inquit,
Aequis de manibus nox intempesta diremit

(Γ′(*rνα*)*fV*

*Samnitae gens, quae in centesimo fere et trecesimo miliario ab urbe Roma est, qui medii sunt inter Picenum et Campaniam, uiles in praelio (p̄l:), ita nos in scribendis poematibus (*α mg.*

99. Puncto (*αb*)] Suffragio, iuxta legem tabellariam, ut alibi (*a. p.* 343):

Omne tulit punctum (Γ′(*rαν*)*bfV*

100. *⟨Callimachus⟩] Hic elegos scripsit (Γ′(*rαν*)*bfE*

5 item — nota] *euanuit V* item] *om. α* hoc ipsum aliter] *om. ν* aliter *α* 7 aliter] uel sic *αν euan. V* 11 ЄIPOIKOC *r* yronicos *νbV* 15 *utrum* sensus *an* sensus est *exhibuerit V non liquet* 16 facimus] fac//// *V* facientes *edit.* 20 diremit] *deficit V* 27 ut — punctum] *non liquet V*

102. *Multa patior, ne mihi irascantur poetae; sed tamdiu ab illis laudari me desidero, quamdiu ipse scribo; et hoc ex persona uitiosi poetae dicit (*Γ'*(*rαν*)

*⟨Fero⟩] Suffero (*Γ*(*rb*)*fE*

104. *Non solum, inquit, laudabo aliorum carmina, ut ante feci, ut et mea laudarent, uerum obturabo aures meas cera, ne quem audiam recitantem. Tractum est hoc a sacerdotibus Martis, qui dum sacra celebrarent, cera obturabant aures, ne aliquo sono mens illorum inquietaretur (*Γ'*(*rαν*)*b*

105. *Quoniam nocere mihi non possunt, postquam desiero scribere (*Γ'*(*rαν*)*bfE*

108. *⟨Beati⟩] Quantum sibi ipsi uideantur (*Γ'*(*rαν*)*bfE*

113. *Dicit, quia bonus poeta facto carmine diiudicat illud et uerba inhonesta et non bene posita audebit mutare et alia inserere, licet inuita recedant, quoniam ita sunt plerumque uerba composita, quae prima posueramus, ut etiam, cum praua sint, tamen composita nobis uidentur et per hoc inuita recedunt (*ανF*

⟨Verba mouere loco⟩] Delere, eximere, et seruauit metaphoram; nam censores notantes aliquem loco remouebant, idest ordine senatorum (*Γ'*(*rαν*)*bEV*

HINC PRORSVS DESINIT cod. V

114. *Hoc est: quasi sacrosancta scriptori uideantur et in libris pontificum sint (*Γ'*(*rαν*)*bf*

*⟨Penetralia Vestae⟩] Domus sacra; ipsa est dea ignis (*r*

*Ideo dicit Vest⟨a⟩e, quia non licuit simulacrum eius uideri a quoquam uiuente homine (*f*

5 carmina *v*] carmen *Γα absc. b* 6 et mea laudarent *r*] laudarent mea *ανb* 7 est hoc *v*] hoc est *α* est *rb* 9 illorum *ναb*] eorum *r* 21 delere — metaphoram] metafora; tractum hoc ab exercitu *ν* delere eximere] *euan. V* eximere] *om. b* 25 scriptori — sint *Γαb cons. f*] *om. ν*

115. *Verba, inquit, antiqua, si modo splendida et bona sint, rursus in usum reducet (Γ′ (r α v) b f

118. *⟨Situs⟩] Vetustas; Virgilius (*Aen.* VII 440):

Sed te uicta situ (b f

119. *⟨Adsciscet⟩] Producet (Γ′(r v b) f E

*Genitor] Pulchre dictum 'genitor usus' (Γ′(r α v) b f E

120. *⟨Liquidus⟩] Purus (Γ′(r v f) b E

122. *⟨L: c:⟩] Superflua, redundantia reprimet (Γ′(r v b) α f E

123. *⟨Leuabit⟩] Nitida efficiet (Γ′(r α v) b f E

*⟨Virtute calentia⟩] In usu posita (Γ(r α) b f E

124. *Quamuis ludere uideatur, tamen laborem ostendet (Γ′(r α v) b

*⟨Torquebitur⟩] Permutabitur, rotabitur (Γ′(r α v) b f E

*Sicut pantomimus mutatur, ita faciet poeta (Γ′ (r α v) b f

125. *Persius (5, 123):

Tres tantum ad numeros Satyri moueare Batilli

(Γ′(r α v) b f

*Figurata locutio: moueor illam rem, ut: frangor pedem (Γ′(r α v) b E

126. *Irridendo hoc ait. Ego quidem, inquit, eorum uitam praetulerim, qui non intellegunt uitia sua, his, qui sapiunt et emendatione torquentur, unde subnectit fabulam (Γ′(r α v) b f

128. *'Ringi' proprie canum est; est autem ringi ficto risu laetitiam simulare (Γ′(r α v) b f E

*⟨Ignobilis⟩] Hic Lycas dictus est (Γ′(r α v) b f E

1 sint et bona *b* sunt *f* 6 pulchre *v α f*] pulcre *r E* 14 permotabitur *E* 15 mutatur *K.*] imitatur *Γ′ α b f* 18 tres tantum *f et Persius*] litatam *r v om. α* satyri *v*] satiri *Γ α b f* 22 irr: — praet: *om. α* 24 unde subn:] unde subn: et *α b* ut et subn: *r* 26 ringi proprie c: e: *Γ cons. b* ringi proprie e: c: *f E* proprie autem canum est ringi *v* est autem — simulare] *om. r* est autem ringi] *om. v* 28 lycas *E*] licas *r α b f* licus *v* (hyclicas *r b*)

134. *Sicut Persius (6, 17) a contrario:

Et signum in uapida naso tetigisse lagoena

(Γ′(r α v) b f

137. *⟨Meraco⟩] Vementi (Γ(r b) E

145. *⟨Quocirca⟩] Quapropter (r v

146. *Secum loquitur quasi ad alium: si tibi, inquit, hydropis morbus dominaretur, statim narrares medico; nunc ergo cum tibi dominetur auaritia et cupiditas, numquid alicui confiteri audebis? Et si tibi esset herba ostensa aut radix utilis ad uulnus sanandum, postquam semel adhibitum haberes, si tibi non proficeret, numquid statim non abiceres illam? Cur igitur diuitias amas, quae sapientem et beatum facere non possunt? (r v

151. *Interrogatiue: audisti, inquit, alicui propter pecuniam demptam fuisse stultitiam? (Γ′(r α v) b f

152. ⟨*Rem⟩] Diuitias (Γ′(r α v) f

153. *Si, inquit, cognosceres, quod, qui habundarit diuitiis, eo amplius sapientior erit, erubesceres, ut aliquis te esset ditior et per hoc sapientior (r v

154. *⟨Vteris⟩] Increpatiue (Γ′(r α v)

155. *'Prudentem' sapientem, unde Cicero:

Iure a maioribus nostris sapientia est prudentia [enim] dicta, quod porro uideat et futura diiudicet

(Γ(r α) b f

158. *Ordo est: si proprium est, quod quis libra mercatur et aere, et quaedam mancipat usus, si modo credis iuris consultis qui te pascit ager, tuus est, dicit, quia uineta et segetes, quae alii laborant quasi sua, si nos postea uinum et frumentum nostro pretio emimus, et

2 lagoena *r b*] lagena *v f* lagenę *α* 4 uementi *b*] uehementi *r E* 6 ad alium *v*] cum alio *r* 7 hydropis *v*] hydropus *r* narrares *v*] indicares *r* 9 confiteri *v*] fateri *r* 14 inquit alicui *r*] alicui inquit *v b f* 17 abundarit *r* habundaret *v* 18 eo *r*] et *v* 22 a maioribus *K.*] amatoribus *codd.* 25 est *post* ordo *exh. r om. v absc. b* 27 iureconsultus *r*

ipse usus emendi nostra facit esse, utique nostra sunt illa: et uineta et segetes secundum quendam modum legum, quae praecipiunt, ut unicuique sit proprium, quod pretio emit (*Γ′*(*rvb*)

159. *Si credis consultis (consultus *cod.*) uel legi[bu]s peritis, qui dicunt (dicit *cod.*), quia usus possessorem facit, †unde per quae annos et eo amplius fuerunt obsess⟨a⟩e (*v*

*⟨Mancipat⟩] Mancipio accipit (*Γ′*(*rαv*)*fE*

*Possessorem rei facit (*rv*

*⟨Nuper an olim⟩] Ante XV. dies uel ante XXX. annos (*gloss. α*

160. *Vilicus etiam, dum tibi praeparat, quae emas, tuus uilicus est, quamuis non tu, sed Orbius uideatur esse possessor (*rv*

161. *⟨Segetes occat⟩] Glebas occulcat, comminuit (*Γ′*(*rαv*)*f*

162. *⟨Vuam⟩] Vinum (*rv*

*Non solum, inquit, per mancipationem proprietas adquiritur, et per usucaptionem. Tu cum emis fruges aut poma, uideris fundum eum usu capere, cuius bonis uteris, licet emptis: ergo puta eum proprium tuum esse, a cuius fructibus non es alienus (*Γ′* (*r α v*) *f E*

163. *⟨Temeti⟩] Vini, unde et temulentus (*Γ′* (*r α v*) *b f E*

166. *⟨Numerato⟩] Pretio illius agri, numero nummorum empto (*leg.* empti) (*Γ′*(*rαv*)

1 sunt *v*] sint *r euan. b* 3 unicuique sint quae *r* 4 pretio] *om. b* 10 possessorem fecit rei *v* 13 emas *r*] emis *v* 16 glebas] *om. α* occulcat *α*] occultat *rf* ocultat *v* comminuit] *om. f* 20 acquiritur *v* usucaptionem *αv*] usucapcionem *r* usurpacionem *f* usurpationem *E* 21 usu] *om. vα* 22 ergo — alienus] *om. f* ergo — eum] computa enim *v* tuum proprium *v* 26 numero — empto] *om. vα*

168. *⟨Quamuis aliter putat⟩] Scilicet non empta comedere *(Γ′(ραv)*

170. Propositio, hoc est: sed ab illis finibus suum dicit *(Γ(rα)bE*

*⟨Populus⟩] Arbor *(Γ′(rvb)fE*

149. § Rapit (*b V*)] Idest adducit bonus poeta auditorem quasi ad nota, hoc est ita a medietate incipit, quasi superiora nota sint (*Γb Vcζ*

149. 150. § Et qu⟨a⟩e desperat t. n. p. r. (*cζ*)] Idest bonus poeta relinquit ea, quae placere non possunt, hoc est: praeterit ea, quae in tractatu ingrata sunt (*Γ Vcζ*

151. * ⟨Atque ita mentitur⟩] [Scilicet] docet, quomodo falsa confingas (*Γcζ*

§ Ita mentitur, ut omnia congrua uideantur (*Γb Vcζ*

§ Atque ita ⟨mentitur⟩ (*V*)] Scilicet Homerus. Non ad uituperationem Homeri refert; nec enim ueritatem poetae pollicentur, sed discrepantiam in eo, quod fingunt, uitare debent (*Γb Vcζ*

§ Remiscet (*Γb Vζ*)] Pro commiscet, mutata praepositione, ut apud poetam (*Verg. Aen.* II 52):

Vteroque recusso

pro concusso (*Γb Vζ om. c*

153. § Desideret audi (*V*)] Idest [quid ego et populus desideret, idest] quid libenter audiant omnes [percipe, o scriptor] (*Γb Vcζ*

4 media] *om. Vcζ*   7 sint *Γbcζ*] sunt *V*   9 quae — ea] *om. c propter homoeoteleuton, exhibet ζ*   11 scilicet *om. γcζ*   13 ita mentitur] Idest ita misceantur *b*   14 scilicet *Γb*] *om. Vcζ*   16 set *γ*   18 remiscet] falsa remiscet *V* sic ueris falsa remiscet *ζ*   *hoc schol. in codicibus admodum confusum est: nam sic legimus:* Pro commiscet mutata praepositione (prop: *V*) ut uteroque (utroque *Vζ*) recusso (recuso *V* recluso *ζ*) pro (*om. ζ*) concusso (*om. ζ* condiso *V*) apud (ut apud *γbVζ* apud *r*) poetam (poȩtam *ζ*) si non ueris falsa remisces (remiscit *b* commisces *rζ* cōmiscis *V* comiscis *γ*), *om. c*   22 quid — idest] *om. bcζ*   23 quid *γc*] quod *rbVζ*   audiant *cζ*] audiunt *ΓbV*   percipe o scr: *om. cζ*   tu o scriptor audi *b*

154. § 'Plosoris' et 'plausoris' legitur; nam et plodere ueteres et plaudere dicebant, ut cludere et claudere (*ΓVcζ*

155. § Aulea (*cζ*)] Antea qui ludos dabat, aulea suspendebat, quae in fine ludorum deponebantur. Aulea autem dicta eo, quod in aula Attali regis inuenta sunt deuicto eo (*ΓVcζ*

§ [Aliter:] Idest qui usque eo expectet, donec tollantur aulea ad finem peractae com⟨o⟩ediae. Si uis, inquit, expectare populum usque ad finem fabulae tuae, donec dicat actor: 'Vos ualete et plaudite!'; et si uis, inquit, expectare plosorem, donec tollantur aulea, mores uniuscuiusque aetatis obserua (*ΓVcζ cf. Porph.*

155. § Cantor (*bVζ*)] Idest actor. Idest donec finita fabula tollantur aulea. Cantorem uoluit appellare eum, qui hoc in imo dicit (*ΓbVcζ*

*. . . plaudite, quod in Plauto et Terentio frequenter habetur (*ε*

157. § ⟨Mobilibus . . . naturis⟩] Quae certis temporibus inmutentur, annis scilicet accedentibus. Et est magnum epitheton: quid enim natura mobilius? (*ΓVcζ*

*Mobilibus (*ζ*)] Currentibus (*item cζ*), quia semper 'labuntur anni' (*carm.* II 14, 2) (*Γb*

§ Dandus et annis (*V*)] Puero, adulescenti et maturo seni τὸ[ν] πρέπον, idest decus tribuendum est. 'Annis'

1 plosoris] at plosoris *V* 4 Aulea] *in V hoc lemma est*: Sessuri donec 6 attali *ζ*] atali *Γc* atala *V* 8 aliter *V*] *om. Γcζ* expectet *Γcζ*] exspectet *V* 10 expectare *Γcζ*] exspectare *V* populum — expectare] *om. ζ propter homoeoteleuton* ad *Γ*] *om. V* in *c* 11 actor *Γc*] auctor *V* ualete et *etiam Porph.*] *om. c* 12 inquit *γc*] *om. rV* expectare *Γc*] exspectare *V* plosorem *ΓV*] plausorem *cζ* 14 cantor] cantor uos *V* 15 tollantur aulea *cζ*] tollatur *ΓbV* 16 hoc in imo *edit.*] in hoc mimo *ΓVb* in hoc immo *c* in hoc . . . . (*sic*) *ζ* 19 quae *edit.*] qui *ΓVcζ*; *quod quidem pertineret ad uocem* mores *u.* 156 20 inmutentur (imm: *r*)] mutantur *cζ* 24 adulesc: *cζ*] adolesc: *rb* adhulesc: *V* adholesc: *γ* 25 decus] cuique proprium *cζ*

ad aetatem retulit; 'naturis', ut scias, quemadmodum debeat uir loqui et quemadmodum mulier (*Γb Vcζ*

158. § Iam scit puer (*V*)] Idest qui iam potest fari, ut Maro (*Aen.* I 409):

Ac ueras audire et reddere uoces?

idest puer, qui iam potest loqui. Sunt enim pueri, qui, quamuis agnoscunt quaedam, tamen non loquuntur, quale est illud apud poetam (*Verg. ecl.* 4, 60):

Incipe, parue puer, risu cognoscere matrem

(*Γb Vcζ*

§ Et pede certo (*Vcζ*)] Qui incedere possit iam firmo uestigio et incessu; nam infantes certum pedem non habent, quia tremunt membra eorum (*Γb Vcζ*

159. *⟨Signat⟩] Inprimit uestigiis suis (*Γb*

§ Gestit paribus (*V*) colludere (*cζ*)] Cum aetatis suae aequalibus ludere. Sic scribendus est atque formandus, ut cum paribus ludat, non cum sene (*Γb Vcζ*

159. 160. § Et iram colligit ac ponit temere (*cζ*)] Idest sine ratione. Nam pueri et sine causa irascuntur et temere illos decet iram deponere (*Γ Vcζ*

161. *Inberbus et inberbis, sicut inermus et inermis (*Γbcζ*

*⟨Custode⟩] Idest pedagogo (*Γb*

162. *Gaudet equis canibusque (*cζ*)] Terentius (*Andr.* I 1, 29. 30):

Aut equos
Alere aut canes ad uenandum (*Γbfcζ*

*Aprici (*cζ*)] Calidi (*Γbcζ*
*⟨Campi⟩] Patentis loci (*γcζ*

1 ut scias] docet enim *cζ*   7 locuntur *c* loquntur *ζ*   15 *iteratum hoc lemma perperam etiam ante sequens schol. pon. V*   19 idest *om. cζ*   23 idest] *om. r*

163. § Cereus in uitium (*Vcζ*)] Facilis comparatio. Idest pronus est adulescens ad uitium, aut quasi cereus ita flectitur in uitium, aut 'flectit' deest 'se' (*ΓbVcζ*

*⟨Monitoribus asper⟩] Contemptor pedagogorum (*Γ*

164. *Vtilium t. p. (*c*)] Tarde uidet utilia, quae prosunt sibi (*Γcζ*

165. *Sublimis (*cζ*)] Erectus, superbus (*Γbcζ*

*Cupidusque] Ardens ad omnia (*Γbcζ*

§ Et amata (*cζ*) relinquere pernix (*Vζ*)] Hoc est: uelox ad fastidium cupitorum, idest leuis, inconstans, cito, quae ante amauerat, contempnit (*ΓVcζ*

166. § Conuersis studiis (*Vcζ*)] Idest mutatis; idest iam uir factus non est 'prodigus aeris', sed cupidus reponendi (*ΓVcζ*

167. *Inseruit honori (*cζ*)] Ambitiosus efficitur, dat operam, ut honorem accipiat (*Γcζ*

168. § Commisisse cauet (*V*)] [Idest] cauet paenitenda committere, idest timet hoc facere, quod postea laborabit mutare (*ΓVcζ eu. b*

169. *Multa s. c. i. (*c*)] Docet, quae sunt incommoda senectutis, qui et laborant quaerere et qu⟨a⟩esita non tangunt (*Γbcζ*

170. *Quaerit et inuentis miser ab. (*ζ*)] Ex sua sententia Horatius 'miser' dixit (*Γcζ sim. b*

*Ac timet uti (*c*)] Scilicet quia nescit, quamdiu uiuat (*Γ*(*γb*)*cζ*

171. § Gelideque ministrat (*V*)] Gelide idest ener-

1 uicium *Vc* 2 adul: *c*] adol: *rζ* adhul: *V* adhol: *γ*, *b euan.* 3 flectit] *ergo auctor scholii habuit uar. lect.* flectit *pro* flecti deest] *om. cζ* 7 e: s:] sup: er: *cζ* sup: *b* 10 cupitorum *edit.*] cupidorum *codd.* 11 contemnens *c* contennens *ζ* 12 idest . . . idest] *om. cζ* mutatis] mutata uoluntate (uolumptate *ζ*) *cζ* 17 idest *r om. γVcζ* paenit: *r*] penit: *γVcζ* 22 non] aliquando non *cζ* 23 hoc dicit horatius *b* 25 scilicet *post* nescit *pon. cζ* 27 gelide *Γbcζ*] *om. V*

uate, quia omnes conatus senum inbecilliores sunt [ideoque parata non tangunt] (*Γb Vcζ*

*Ministrat (*cζ*)] Gubernat (*Γbcζ*

172. § Dilator (*Vcζ*) spe longus (*cζ*)] Quia per pigritiam semper senes differunt, quae facienda sunt, aut spem longiorem habent uiuendi, hac de causa parata non tangunt (*ΓVcζ*

*Spe longus (*cζ*)] Idest cum proximus sit morti, ea tamen sperat, quae longe sunt posita (*Γbcζ*

*⟨Auidusque futuri⟩] Idest cupidus futuri, quia semper senex timore mortis uiuere desiderat. Nam timor mortis desiderium uitae est (*Γb*

173. *Difficilis (*cζ*)] Durus ad pr⟨a⟩estandum (*Γ b c ζ*

*Querulus (*c*)] Iracundus (*Γbcζ*

*Laudator (*cζ*)] Laudat tempora pristina (*Γbcζ*

174. *Se puero (*cζ*)] Hoc est in pueritia (*Γcζ*

*⟨Castigator⟩] Increpator (*Γ*

*Censorque (*cζ*)] Obiurgator (*Γcζm*

175. § Adulescentibus 'ferunt', idest afferunt. Maro (*ecl.* 9, 51):

Omnia fert aetas, animum quoque (*ΓVcζ sim. m*

§ Anni uenientes (*cζ*)] Crescentes. Vsque ad quadragesimum annum siue quinquagesimum uenire dicuntur anni, inde iam recedere, idest abire. Omnes anni 'uenientes' dici possunt, etiam qui senibus accedunt, sed illi praecipue, qui accessu suo et corporis et animi augent uirtutem (*ΓVcζ*

1 ideoque (ideq, *V*) — tangunt (tangit *cζ*) *rbV, om. γ*; *haec sententia ex scholio sequente huc inrepsisse uideatur* 12 mortis *edit.*] uitae *Γ euan. b* 20 adulescentibus *r V* adholescentibus *γ* adol: *m om. cζ* ferunt] *om. r* f. *ζ* idest *rVcζm*] uel *γ* 23 crescentes *ΓV*] *om. cζ* 25 recedere *I. Menrad Arch. f. l. Lexikogr.* IV *p.* 521] abire *codd.* abire *Menrad*] recedere *codd.* 26 set *γ*

176. § Ne f. s. m. i. p. ⟨p.⟩que u. (*c*)] Idest ne forte des uerba senum adulescentibus aut adulescentium senibus (*Γb Vcζ*

178. § Semper in adiunctis (*cζ*) euoque morabitur aptis (*b*)] Hoc est: quae bene h⟨a⟩ereant et congruant et apta sint aetati. Et est iste ordo: semper in adiunctis et aptis aeuo morabimur, idest moribus semper utendum est, ut puero adiuncta sit leuitas, adulescenti feruor, seni maturitas (*Γb* (*sed paene prorsus euanuit*) *Vcζ*

179. § Aut agitur res in scenis (*cζ*)] Vt in Andria de puero, ut in Eunucho de Thaide. Dorias uerbi gratia irascitur ante populum. Medea ingressa occidit filios suos, postea refert hoc ad populum. Aliter: agitur res in scena, quando ostenditur Medea fugiens et iratus Orestes; refertur, quando docetur Medea filios peremisse; neque enim praesens exhiberi potest Medeae parricidium (*Γb Vcζ*

§ Vel sic intellegendum: quaedam in scaenis aguntur, ut puer expositus, uel acta referuntur, ut seruus e pistrino liberatus. Magis autem ad animos nostros perueniunt, quae fieri uidemus, quam quae audimus. Non tamen omnia in sc⟨a⟩ena agi debent, sed aliqua referri (*Γbf Vcζ*

180. Segnius irritant (*V*)] Excitant, delectant (*ΓV, euan. b*

§ Segnius irritant animos demissa per aurem (*ζ*)] Citius mouent spectatores ea, quae aguntur in scena, quam quae referuntur ad scenam *Γ*(*γb*) *Vcζ*

181. *Quia audimus s⟨a⟩epe falsa; quae autem uidemus, uera sunt secundum Stoicos (*Γ*

1 *schol. ipsum om. c* idest *Γ V*] *om. ζ* 2 adulescentibus *r* adhul: *γ* adol: *bVζ* adulescentium *rV* adholescentium *γ* adol: *bζ* 5 quae *ζ*] que *c* quod *ΓbV* bene] *om. Vcζ* et congruant] *om. γ* 6 apta *Vcζ*] apti *Γ* est iste ordo *Γc*] est ordo iste *V* iste est ordo *ζ* 8 adul: *Vc*] adol: *rζ* adholescenti *γ* 13 et postea *fV* refert hoc *γVcζ*] hoc refert *r* hoc refertur *bf* aliter] uel *cζ* 16 enim] *om. cζ* 17 scęnis *r*] scenis *cett.* 18 e pistrino] epiferino *V* in epifermo *cζ*

182. *Ipse sibi t. s. (*cζ*)] Quia ipse mihi trado, quae uideo, et alter mihi tradit, quae narrat (*Γbcζ*

§Non tamen intus (*Vc*)] 'Tamen' aut habundat aut: quamuis magis delectant, quae uidentur, quam quae audiuntur, tamen dignam rem intus geri non facias geri ante conspectum populi (*ΓbVcζ*

183. §Digna geri (*V*)] Idest quamuis populus delectetur factis, tamen non proferas in scenam, quae debent intus agi (*ΓVcζ*

185. §Nec pueros coram (*V*)] Pueros [idest] filios more Graecorum; quorum nomina haec: Medus et Mermerus (*ΓVcζ*

187. §Cadmus in anguem (*V*)] Cadmus et Hermiona in angues conuersi sunt. Nam Hermione filia Martis et Veneris dicitur fuisse. Dicuntur autem in angues conuersi propter occisum draconem, qui erat Marti consecratus, ex cuius seminatis dentibus dicitur acies armatorum surrexisse (*Γb Vcζ*

188. §Incredulus odi (*Vcζ*)] Idest non credens sic debere fieri, ac per hoc sperno atque contempno (*Γb V c ζ*

190. §Fabula q. p. u. e. sp. r. (*c*)] Idest quae uult posci a populo et reponi spectanda, ut denuo agatur, idest quae uult in auctoritatem uenire (*Γb Vcζ*

191. §Nec deus intersit (*rVζ*)] Subaudi fabulae; idest non debes inducere deum in scena, nisi sit causa subueniendi siue puniendi. Aliter: tum demum, inquit, inferri debet deus, cum digna res interuentu eius expri-

3 aut] *om. cζ* habundat *ΓV*] abundat *cζ*, *euan. b* 4 *nescio an ante* quamuis *exiderit aliquid ut* 'est sensus' 5 facias geri] facias *cζ* 8 factis *Γ*] factas *V* facta *cζ Pauly* in scena *cζ* 10 idest *γ om. rVcζ* 11 haec — mermerus] hac mediis et memeriis *V om. cζ* 18 surrexisse *Γ*] *euan. b om. V* nata esse *cζ* 22 *lemma in V:* Fabula q̇ posci 25 sub: — idest] *om. cζ* sƀ *γ om. rV* 26 scena *γVζ*] scenam *r* scenū *c ceterum cf. appar. u.* 183 nisi sit] in tua fabula nisi *cζ* 27 tum — occidit] *ex Porph.*

mitur, alioquin male ponitur inter eos, ut siquis seruum suum uult occidere, sed magis cum filius patrem aut pater filium occidit. Item: tunc, inquit, persona numinis debet interseri, quotiens adeo difficilis res est, ut nisi interuentu numinis explicari non possit; ut habemus apud poetam ingressum fuisse Turnum castra Troiana illicque multas c⟨a⟩edes inpune fecisse; incredibile est solum ista omnia implere potuisse; uidit hoc poeta nimis arduum et subiunxit (*Verg. Aen.* VIIII 764):

Huic Iuno uires animumque ministrat (*Γ V c ζ*

192. *Nec quarta loqui p. l. (*c ζ*)] Non dixit 'taceat', sed 'non laboret in loquendo', scilicet quo apertior sit dictio. Quarta persona quando inducitur, debet aut non omnino loqui aut non multa loqui. Inducitur autem, aut ut annuat aut ut ei aliquid imperetur (*Γ c ζ*

*Loquentes uero, idest qui ipsam fabulam narrent, non amplius quam tres, licet aliter reperiatur in com⟨o⟩ediis et trag⟨o⟩ediis (*Γ cons. Porph.*

193. 194. *Actoris partes chorus o. u. d. (*ζ*)] Quando uir agit, uirorum chorus debet induci. Chorus, inquit, non multarum personarum actus defendat, sed unius suscipiat. Non ideo, inquit multarum personarum partes suscipiat, quia in choro multi sunt, sed uirilem partem tueatur, hoc est unius uiri. [Virili autem non aliqua re tuta, sed quod unumquemque contingit.] Est autem ordo: chorus defendat partes actoris et officium uirile. Alii sic exponunt: etiamsi mulierum chorus sit, eodem nomine appellatur, nec interest aliquid, an mulierum sit chorus an uirorum, dummodo uerba conueniant (*Γ b c ζ*

1 inter eos ut *γ*] inter eos *r V c ζ* in eos *Porphyrionis codex U* ut in eo *Porph. edit.* 2 set *γ* 3 inquit *r_2 corr. c ζ*] inquid *Γ V* 5 non *γ*] *om. r V, post* ut *inserunt c ζ* 6 troiana castra *r* 7 inp: *Γ*] imp: *V c ζ* est] *om. γ* 10 huic iuno *Verg.*] nunc iuno *c ζ* nunc *V* iuno *Γ* 12 sed] set *γ* apertior] aptior *r c ζ* 13 aut non *r c*] non *γ* & non *ζ* 16 idest] uel *γ* 25 set *γ* 28 an] *om. r euan. b*

194. Defendat (*Vcζ*)] Fungatur (*ΓV*

§ ⟨Neu quid medios intercinat actus⟩] Mire dixit; neue, inquit, ipse chorus inter medios actus aliquam rem cantet incongruam, idest id canat, quod ad praesentem rem aptum sit (*ΓVcζ*

§ Idest nec chorus aliquid discrepet ab argumento neque aliquid inter medios actus debet absurde cani, idest inter actus uiri ne inducas chorum mulierum (*ΓVcζ*

196. *Docet, qua causa chorus debet induci: ut faueat bonis et consilietur amice (*Γ'cζ*

197. *Et regat iratos (*ζ*)] Compescat (*Γ'cζ*

*Peccare t. (*cζ*)] Innocentes (*Γ'*(*rbv*)*cζ*

198. *'Salubrem', quia ibi semper incolumis salus est, ubi est iustitia (*Γ'cζ*

199. § Otia portis (*V*)] Idest pacem, quia in pace portae patent, ut (*Verg. Aen.* II 27):

Panduntur portae;

[et] contrario (*Aen.* VIII 385. 386):

Quae moenia clausis
Ferrum acuant portis (*Γ' Vcζ*

*Ille tegat commissa (*cζ*)] Idest non palam faciat credita consilia (*Γ'bcζ*

202. *Tibia non, ut nunc, ori. i. t. (*c*)] Docet procedente tempore multa mutari. Tibia ante non erat neque ita ornata neque tam multis foraminibus. Tubae emula modo uero et ornata est et tam multa habet foramina, ut sonet quemadmodum tuba. Ostendit autem luxuriam recentem et ambitionem natam esse, antiquitatem uero seueram fuisse. Nam prius tibia non erat ambitiosa nec multis distincta foraminibus. Varro autem ait in tertio

1 fungatur *ΓV*] tueatur *cζ* 6 idest] *om. cζ* nec *Γ*] ne *Vcζ* 9 *REDIT cod. v* 10 amice *cζ Hor.*] amico *r* amicis *γv* 13 salubrem *γcζ*] *om. rv* 15 ocia *V* 18 et *cζ* *om. Γ' V* 26 tam *vcζ*] ita *Γ*

disciplinarum et ad Marcellum de lingua Latina: quattuor foraminum fuisse tibias apud antiquos; nam et se ipsum [ait] in Marsiae templo uidisse tibias quattuor foraminum. Quaterna enim foramina antiquae tibiae habuerunt; alii (*ut Porph.*) dicunt non plus quam tria (*Γ′cζ*

204. *Idest paucis spectantibus sufficiebat, inquit, breuis tibia ad sedilia populi complenda, quae eo tempore adhuc non erant spissa atque densata (*Γ′bcζ*

205. § Vtilis atque (*V*)] Idest nondum erat utilis tibia ad sedilia populi complenda, idest inplere flatu suo spissa theatra uel aures omnium spectatorum (*Γ′b Vcζ*

206. *Idest ad sedilia, idest ad theatrum pauci conueniebant (*Γ′bcζ*

209. Vinoque diurno (*v*)] Ostendit nimiam li⟨berta⟩tem, si die uina sumebant, quae nocti et cenis magis conuenirent (*Γ′b V*

§ Postquam cepit a. e. (*c*)] Idest postquam c⟨o⟩eperunt homines ita epulari uelut in festis diebus et postquam coeperunt inpune uti conuiuiis quasi sacris cenis, creuit luxuria (*Γ′ Vcζ*

210. § Placari Genius (*Vcζ*)] Deest 'c⟨o⟩epit' (*Γ Vcζ*

Quia diurno uti consueuerat uino (*Γ V*

*⟨Festis⟩] Quasi festis (*Γcζ*

*Impune (*cζ*)] Idest non contradicente lege aut moribus (*Γ′cζ*

211. § Accessit numerisque (*V*)] Quia antea tres erant cordae, post septem factae sunt, deinde nouem (*Γ′ Vcζ*

1 et] *temere del. Cruquius* 3 ait *om. cζ* 8 densata *vcζ*] densa *Γb* 9 idest] *om. cζ* 10 inplere *γ*] implere *rvV* complere *cζ*, *b eu.* 14 libertatem *Hauthal*] litem *Γ V* (*nisi quod* nimia lite *r*) lite *b* (*sic*) 19 inpune *Γ V*] impune *vbcζ* 24 festis] feriis *r* 28 nouem *Γ′*] octo *c* uni (= octo) *ζ*, *euanuit V*, decem *Fabricius*

Modisque (*ν*)] Idest modulationibus; ac si diceret: ut omnia creuerunt pro magnitudine ciuitatum et populorum, ita auctae sunt etiam tibiae (*Γ′ V*

212. Indoctus quid enim (*V*)] Inperitus rerum populus (*Γ′ V*

213. § Turpis honesto (*V*)] Idest postquam coepit esse indoctus populus, sine differentia coeperunt esse omnia, et hac de causa ⟨ad⟩ delicias inuenerunt tibicines, ut populus uoluptatibus teneretur. 'Confusus' autem est mixtus. Dicit autem causam, per quam creuit licentia: propter inperitiam populi, et quia nulla erat differentia inter bonos et malos (*Γ′ Vcζ*

214. *Motum (*ζ*)] Gestum corporis (*Γ′ cζ ex Porph.*

§ Addidit arti (*V*)] Propter multitudinem foraminum, ideo et tibiarum supra modum aucta est magnitudo (*Γ′ V c ζ*

215. § Vagus per pulpita (*V*)] Propter gestum 'uagus', quia non [in] uno loco neque iam uno modo tibicen, sed uarie huc atque illuc sese circumfert (*Γ′ f Vcζ*

*Per pulpita (*cζ*)] Per tabulas scaenae (*Γ′ b c ζ*

*⟨Vestem⟩] Pallium (*Γ′ b*

216. *Sic etiam fidibus u. c. s. (*ζ*)] Idest soni, modi insolentiores siue numeri; nam prius tetrachordi erant citharoedi (*Γ′ cζ cons. b*

§ Creuere seueris (*V*)] Antea enim lyra septem cordas habuit tantum, postea excogitata est cithara (*Γ′ f Vcζ ex Porph.*

§ Cithara monochordos fuit, deinde paulatim dextra l⟨a⟩euaque addentes ... ponebant tragoediis satyrica dramata, in quibus salua maiestate grauitatis iocos exercebant se-

1 idest *Γ*] *om. ν V* 4 q = quod *V* inper: *Γ* imper: *ν V* 8 ad *edit.*] *om. Γ′ Vcζ* tibicines] *om. r* 11 inper: *Γ*] imper: *ν Vcζ* 18 uno l: *γ ν f V*] in uno l: *rc* iam uno l. *ζ* 19 set *γ* atque] *om. f* 20 per] idest per *r* 26 est *Γ′ fc*] *om. V* 28 monoch: *γ V*] monocordos *νcζ* monocordis *rf* 29 addentes *fc*] addent *Γ V; lacunam statuit K.* satyrica *ν f Vc*] satirica *Γ*

cundum Cratini institutionem. Is enim primus Athenis, Dionisia dum essent, satyricam fabulam induxit; alia autem satyra est illa mordax, ut Lucilii, Horatii, Persii, Iuuenalis. Hae autem fabulae satyricae dicuntur, ut tragicae et comicae (*Γ'fVcζ*

Seueris (*Γ'*)] Idest probatis, ad sacra necessariis; nam quae sacris adhibebantur, non erant fluxo, quo nunc sunt sono, antea, sed austero et simplici (*Γ' V*

217. *Tulit (*c*)] Protulit (*Γ'cζ*

§ Insolitum eloquium (*Vcζ*)] Idest nouum eloquium, nouam eloquentiam, hoc est inflatam et non propriam (*Γ' Vcζ*

*Sic facundia lapsa est in loquacitatem (*Γ'cζ*

§ Facundia praeceps (*cζ*)] Facundia est iucunda eloquentia, unde facundus ⟨id⟩est fatu iucundus. Sed facundia praeceps est, quaecumque cum ingenti impetu fertur (*Γ'bVcζ*

§ Eloquentia quoque, quae antea fuerat necessaria et utilis circa prouisionem futurorum, c⟨o⟩epit furibundae et Delphicae similis esse, amissa moderatione (*rνVcζ*

218. 'Vtilium rerum sagax' philosophia prouisione futurorum utilis erat [c⟨o⟩epit furibunda Delphicis similis esse] (*Γ V*

*Vtiliumque sagax (*cζ*)] Inuentrix (*Γ'bcζ*

*Et diuina futuri (*cζ*)] Gnara. Prudentiam siue philosophiam dicit enituisse studio, quae ita futura praeuidet, sicut diuinatio (*Γ'bcζ*

2 satyricam *νc*] satiricam *ΓfV* 3 satyra *νVcζ*] satira *Γf* horatii] *om. cζ* 4 satyricae *νf*] satyrice *Vcζ* satiricae *Γ* 5 et] *om. rV* ut *edit.* 6 Creuere seueris *V* 7 fluxo *edit.*] fluxu *Γ' V* 14 preceps *ζ* est *rνV*] *om. γcζ*, *b euanuit* iucunda *νV*] ioc: *Γc*2 *in ras. ζ*, *b euanuit* 15 idest *K.*] est *V om. Γ'cζ*, *euan. b* iucundus *rνV*] ioc: *γbc*, *ζ parum liquet* 16 que cūq; *γ* quę q; *V* quae *rνb ut uid. ζ* que *c* inpetu *r* 18 fuerat *ν*] pura ac *rV om. cζ* necessaria *rν*] nec: erat *Vcζ* 22 c: — esse *del. K. ut falso iterata ex schol. antecedente, totum schol. om. νcζ* cepit furibunda *γ* cepit furibunda et *r* fueris unda et *V*

219. *Sortilegis (*cζ*)] Sortes dantibus, per quas futura noscuntur (*Γ′ b c ζ*

220. § Carmine q. tragi. (*v*)] Docet, quomodo mutata est disciplina poetarum; nam primus Thespis tragoediam scripsit (*Γ′ b f V c ζ*

§ Vilem certauit ob h. (*c*)] Hircus fuit praemium tragoediae, unde et tragoedia dicta est; tragos enim Graece hircus appellatur (*Γ′ b f V c ζ*

221. § Mox etiam (*V c ζ*)] Non multo post uel alio carmine Satyros induxit, qui nudi pinguntur, nam docet, unde sit nata satyra, ex tragoediis scilicet (*Γ b V c ζ*

§ 'Satyros nudauit' idest postea etiam satyram adiunxit tragoediae. 'Nudauit' autem, quod liberius in ea et dicantur et fiant pleraque (*Γ′ b V c ζ*

222. § Incolumi grauitate (*γ v V*)] Carminis scilicet; et asper tragoedus ita admiscuit iocum, ut seueritatem seruaret incolumem (*Γ′ V c ζ*

§ Iocum t. (*v*)] Idest quamuis esset asper, sic iocatus est tragoedus per satyram, ut non amitteret grauitatem. 'Asper' autem seuerus, et hoc ad habitum retulit, quia proteruia quaedam in satyricis et dicuntur et fiunt (*Γ′ b V c ζ*

222. 223. § Eo quod illecebris (*v c ζ*)] Ideo admiscuit tragoediae satyram, ut per inlecebras teneret spectatorem. Antea non uoluptatis causa inuenti sunt ludi, sed religionis; ideo satyram admiscuit tragoediae,

2 p̄noscuntur *b* 4 (thespis *recte r corr. v*) 6 *pro l.* Vilem certauit ob h. *v V ζ hoc exhibent:* Cantauit ob hircum (hyrcum *v* h. *ζ*) 8 appell: dicitur *r b f* 9 uel *γ V c ζ*] idest *r om. v eu. b* 10 satyros *b v V c ζ*] satiros *Γ* 11 satyra *b v V c ζ*] satira *Γ* ex] et *v V euan. b* 12 satyros *v b V c ζ*] satiros *Γ* satyram *γ b v V c ζ*] satiram *r* 15 incolumi *v V c ζ*] incolomi *Γ* 19 satyram *v b c ζ*] satiram *Γ V* 21 proteruia *r corr. v*] propteruia *r pr. γ* propter uia *V* proterua *c ζ et b ut uid., sed euanuit; cf. Auson. Mos.* 172 *et perioch. Odyss.* 22; pro proteruia *coni. Hauthal* satyricis *r*] satiricis *b* satyricos *v V* satiricos *γ* satyros *c ζ* 24 tragoediã satyræ *b* satyram *r v V c ζ*] satiram *γ* inlecebras *γ v V*] illecebras *r b c ζ* 26 satyram *b v V c ζ*] satiram *Γ*

quia spectator erat ‘grata nouitate’ retinendus, qui spectator ueniebat post sacrificia iam pransus, iam potus. Inlecebris autem, quia habet satyra inlecebras, quae iocum continet et risum mouet (*Γ′bVcζ*

224. *⟨Functusque sacris⟩] Aut obseruantia et sacris, aut feriatus et omnia neglegenter accipiens (*Γ′cζ*

*Exlex (*b*)] Securus, sine lege (*Γ′bcζ*

225. § Verum ita risores (*νV*)] Ita debet admisceri satyra tragoediae, ut personis suum decus seruetur. ‘Risores’ Satyri aut quia risum mouent aut quia rident res humanas (*Γ′bVcζ*

*Commendare (*ν*)] Insinuare, dicere (*Γ′b*

§ Commendare (*ΓbVcζ*)] Scilicet spectatoribus: omnia enim, quae dicuntur a poetis, ita debent dici, ut commendari uideantur, idest ut libenter accipiantur. ‘Dicaces’ autem iocosos, liberos, ad dicendum mordaces (*Γ′bVcζ*

226. *Cum ludo, uidelicet cum satyra (*Γ′cζ*

227. *Ne quicunque deus, quicunque adhibebitur heros (*ζ*)] Subaudis: in carmine tuo, o poeta (*Γcζ*

229. *Migret in o. h. s. t. (*c*)] Hoc docet, ut consonantia dicamus (*Γbcζ*

*Humili serm. (*ν*)] In humilem modum, idest ne humiliter loquatur. Tabernas autem humilia cubilia siue casas dicit (*Γ′cζ*

230. *Aut dum uitat h. n. et i. c. (*cζ*)] Ne, dum facis illum humilitatem uitantem, facias [illum] inter nubes caelumque uersari (*Γ′cζ*

231. *Effutire (*νcζ*)] Hic emittere. Proprie autem ‘effutire’ est inepte loqui (*Γ′cζ*

2 potus *Γb*] pociis *V* potatus *νcζ* illec: *rbcζ* 3 satyra *νVcζ*] satira *Γ euan. b* illec: *rcζ euan. b* 5 obseruantia et sacris] obseruanda sacra *cζ*; *fort. leg.* obseruando sacrificia 8 ita *in lemm. om. V* 9 satyra *νbVcζ*] satira *Γ* 10 satyri *νbVcζ*] satiri *Γ* res rident *cζ* 15 accipiantur] aspiciantur *cζ* 23 cubilia humilia *ν* 24 dicit *r*] *om. γνcζ* 26 illum *om. cζ*

*Illum ait tragicum poetam, quem non decent leuia; raro debet satirica scribere, et si scribet temperate, debet Satyrorum procacitati satisfacere (*Γ′cζ*

232. *Vt matrona festis diebus saltare iussa cum uerecundia moueri iubetur (*Γ′cζ*

*Vt festis matrona m. i. d. (*c*)] Sunt enim quaedam sacra, in quibus saltant matronae, sicut in sacrificiis Matris deum (*Γ′fcζ*

233. *Proteruis (*cζ*)] Aut quia uitia notant aut quia student risui. Nam et ipsa tragoedia paulum pudibunda debet esse, quae miscetur satyris (*Γ′fcζ*

234. *Non ego in. (*cζ*)] Non tantummodo rustica et propria uerba [et nomina] quaero in satyris, sed etiam decus personarum (*Γ′cζ*

*Inornata (*vc*) ⟨et dominantia nomina⟩] Vt 'pestilitatem' ueteres usurpata auctoritate, aut quae Graeci kyria uocant, aut quae reges loqui solent, idest tumida (*Γ′ c ζ*

*⟨Inornata⟩] Propria (*gloss. ε*

*Et dominantia nomina (*cζ*)] Proprie significantia. Dominantia enim nomina sunt, quae propriis uocabulis nuncupantur, ut libri, capsa, pagina. Haec autem non adeo propria sunt, ut: uirtus me fregit Aeneae, quod est Aeneas (*Γ′cζ ex Porph.*

*Sensus est: ego, inquit, non uerba sola amo, quando satyras scribo, quae sunt inornata et dominantia, idest paulo sordidiora et ipsis Satyris congrua; dominantia autem, quae, nouitate inflationis assumpta, sua tantum auctoritate nitantur, sed et ea, quae habeant aliquem ornatum et non omnino sine auctoritate sint, ut regum sermo est (*Γ′ c ζ*

7 in quibus] quibus *cζ* sacrif:] sacris *cζ* 11 misceatur *cζ* 13 et n: *γv om. rcζ* 16 ueteres usurpata auctoritate (aueteritate *v*) *Γ′*] *om. cζ* 17 kyria *v*] cyria *rζ* cyrria *c* ciria *γ* aut q: r:] ea que r: *ζ* idest] *om. cζ* 22 libri capsa *Porph.*] libricosa *γ* lubricosa *rvcζ* 29 set *γ*

235. *Satyrorum (*c*)] Pro satyrographorum (*Γcζ*

236. §Nec sic enitar (*v*)] Idest non sic uolo esse differentiam inter satyricum et tragicum, ut in moribus nulla sit differentia, ut eodem modo seruet aetates satyricus, quemadmodum tragicus (*Γ′ Vcζ*

§Idest nec sic uolo discrepare satyram a tragoedia, ut persona non habeat decus suum (*Γ′ Vcζ*

§Satyricam fabulam sic ait scribi oportere, ut sit inter seueritatem tragoediae et lenitatem (*leg.* leuitatem) com⟨o⟩ediae medio temperamento figurata (*Γ′ Vcζ*

*⟨Colori⟩] Stilo (*Γ*

237. *Dauus (*cζ*)] Induxit hic comicam personam, cum de satyris loqueretur (*Γ′cζ*

238. §Pithias (*V*)] Quae ausa est eludere dominum suum; non dicit de Pythia Terentiana, sed quae apud Lucilium (*leg.* Caecilium) tragoediographum (*leg.* comoediographum) inducitur ancilla per astutias accipere argentum a domino; nam fefellit dominum suum et accepit ab eo talentum (*Γ′ f Vcζ*

*Pi[n]thias (*v*)] Haec eadem meretricula rapax, ut Thais, quae lucrum fecit (*Γ′fcζ*

*Emuncto (*c*)] Deriso, eluso, ut (*Terent. Phorm.* IIII 4, 1):

Emunxi argento senes (*Γ′cζ cons. b*

239. *Dicendo 'custos' grauiorem personam ostendit (*Γ′cζ*

*⟨Dei⟩] Liberi, quoniam ipse eum nutriuit (*Γ′cζ*

1 satyr: *rcζ*] satir: *γ* 3 satyr: *rvVcζ*] satir: *γ* 6 satyram *rvcζ*] satiram *γV* 8 satyr: *rvVc*] satir: *γ* 9 *em. K.* 10 medio *rvcζ*] *om. γV* 12 *uu.* 237—333 *DEFICIT cod. b* 15 (pythia *rζ*) quae *γ*] *om. rvfVcζ* 16 Caecilium *Orelli prob. Ribbeckio fr.* XXXVII; *lectionem codicibus traditam defend. I. Becker mus. Rh.* V (1847) *p.* 38 *sq.* 21 fecit] facit *cζ* 22 deriso eluso] deluso *cζ* 24 senes] senem *cζ*

240. § Ex noto fictum (*Vcζ*) carmen s. (*ζ*)] Argumenta satyrica ex tragoediis notis confingam (*Γ′ Vcζ*

§ Idest fingam carmen, quod ex nota possit esse materia, idest ita fingo carmen et ita compono com⟨o⟩ediam ex notis rebus, ut quiuis existimet se posse imitari (*Γ′ Vcζ*

241. 242. § Laboret ausus idem (*γνbVcζ*)] Cum adgressus fuerit; nam uirtutis est ita scribere comoediam, ut imitationi facilis uideatur, ⟨difficilis si⟩t exsecutioni. Quis enim nescit modum litigandi, quomodo obiurgat pater filium, adulescens irascitur meretrici et alia huiuscemodi? (*Γ′ bVcζ*

242. § Tantum . series (*V*)] Idest ordo rerum, diuisio operis, ordo uerborum, *οἰκονομία*, compositio uerborum, idest tantum ualet ordo et compositio, ut eas difficile sit imitari (*Γ′ Vcζ*

243. § De medio sumptis (*ν*)] Idest rebus, quae aptae sunt comoediae. Nam de medio, hoc est ex noto sumptae scribuntur; aut 'sumptis de medio' idest de his, quae nota sunt sensibus seu uerbis aut ex serie et iunctura uerborum (*Γ′ Vcζ*

244. § Iudice Fauni (*V*)] Aut iudicium meum caueant, aut iudice me, idest poetae deducti de siluis timebunt iudicium meum: ita sum optimus iudex. 'Deducti' autem 'de siluis' ideo dixit, quia solent poetae dicere in siluis agere, idest in Helicone et in aliis similibus lucis.

1 *in V lemma falso loco ad u.* 236 *adscriptum* 2 satyrica *rνζ*] satirica *γVc* 3 carmen — compono] *om. c* esse materia possit *V* 4 fingo *ΓVζ*] fingā *ν* compono] *om. etiam ζ* 7 ausus idem *r*] autem *γνbVcζ* 8 adgr: *γV*] aggr: *rνbζ* agr: *c* 9 imitationi — exsecutioni] imit (*sic*), *deinde lacuna in r* difficilis sit exsec: *K*.] et executioni difficilis *edit.* et ex:, *om.* difficilis, *Vcζ* ex:, *om.* et *et* difficilis, *γνb* exsecutioni *γνb* exsecucioni *V* executioni *cζ* 13 idest] *om. cζ* 20 seu *rVcζ*] siue *γν* 23 de] *om. cζ* 25 de] *om. cζ* ideo — siluis] *om. γ* dicere] discere *cζ* dici *Hauthal* 26 agere] et agere *cζ*

Timebunt ergo, ne uideantur non uti poeticis uerbis, ne illos uituperem, quasi utentes forensi oratione (*Γ′ Vcζ*

*⟨Fauni⟩] Pro Satiris posuit (*Γ*

245. *Aliud praeceptum, idest non debent iocari in poemate, ut nati in triuiis uel in foro uideantur, hoc est: habeat modum iocus eorum, idest ne sint nimium delicati, sed habeat seueritatis aliquid carmen ipsorum (*Γ′ fcζ*

*⟨Paene forenses⟩] Idest ne uulgares uideantur (*Γ*

246. *⟨Iuuenentur⟩] Luxurientur (*Γ′*

247. § Aut inmunda (*νζ*)] Idest non propria, non Latina, sed inmunda et ignominiosa, *κατὰ τὸ αὐτό*. Necesse est enim, ut inmunda ignominiam trahant (*Γ′ f Vcζ*

248. § 'Equus' equestris [ordinis] dignitas, ⟨'pater'⟩ senatoria, unde 'patres conscripti'. 'Res' autem census et patrimonium, ac per hoc honestiores et docti (*Γ′ Vcζ*

249. *Nec siquid fricti (*ν*)] Idest neque probant equites Romani, siquid laudatum fuerit a uulgaribus (*Γ′*

§ Vnde etiam trimetris (*cζ*)] Sensus hic est: iambus citus uoluit sex pedum uersum trimetrum uocari, cum soleant poetae pedem unum 'metrum' uocare. Iambus uoluit duos iambos metrum uocari propter suam celeritatem. Quaeritur autem, cur trimetri appellentur, cum senos accipiant pedes? Quoniam tanta breuitas est eorum, ut iunctura pedes binos accipiat (*Γ′ Vcζ cons. Porph.*

*Trimetris (*ν*)] Ex sex iambis tres diiambi facti sunt (*Γ′*

254. § Primus ad extremum similis sibi (*cζ*)] Ordo est hic: primus ad extremum similis sibi pridem, non ita nunc. Sensus autem hic est: primus iambus aliquando usque ad extremum erat sibi similis, idest antea totum

7 ipsorum *Γ′ f*] illorum *cζ* 8 idest] *om. r* uideantur uulgares *r* 11 *κατὰ τὸ αὐτό*] *κατατοαυτον Γ′ om. f* ΚΑΤΑΤΟΑΥ *V, lacuna in cζ, sed in hoc additum* aut o. v. 13 ordinis *Vcζ om. Γ′* 18 sensus hic est] *om. cζ* 23 breuitas est *Γ′ V Porph.*] est breuitas *bcζ* 28 est hic *b Vcζ*] hic est *γ* est *rν* ad extremum] *om. Vcζ*

iambicum metrum ex iambis constabat, nunc [autem] adhibentur etiam nothi (*Γ Vcζ*

255. § Tardior ut p. (*cζ*)] Iambicum metrum, ut paulo tardius resonaret, in inparibus locis, [primo, tertio, quinto] suscepit spondeum; nam ante soli iambi ponebantur (*Γ Vcζ*

256. § Stabiles (*Vcζ*)] Idest tardos, ad comparationem iambi tardiores, cunctatiores (*Γ Vcζ*

258. 259. § In Acci n. t. a. (*ζ*)] Accius et Ennius legem metri in fabulis minime seruauerunt: nam quosdam uersus longiores habent (*Γ f Vcζ*

260. § In scenam missos cum magno p. u. (*ζ*)] S⟨a⟩epe uersus quamuis magnum sonantes reprehendit iudex, aut quasi sine cura factos, aut quasi sine arte, quia non sufficit, si magnum sones, sed debes etiam cum arte scribere et cura. Monet, ne aut neglegenter scribatur tragoedia aut inperite. Multi, inquit, uituperant uersus missos in scaenam aut celeres aut imperitos (*Γ Vcζ*

Pondere uersus (*V*)] Tragoediae scilicet. Vult autem ostendere, quod admittitur etiam ad tragoediam spondeus (*Γ V*

261. § Oper⟨a⟩e (*V*)] Celeritas, idest neglegentia aut inperitia uituperatur in tragoedia (*Γ b Vcζ*

262. § Crimine turpi (*V*)] Quia aut neglegentia spondeos non admiscet aut per inperitiam in incongruis locis ponit. Dicit spondeos Enni quoque uersus crimine premi (*Γ Vcζ*

264. § Et data R. u. (*ν*)] Quia quemuis facit pronum licentia peccandi. Nam Ennium uidetur carpere,

1 autem *om. rcζ* 4 in] *om. cζ* inparibus *γ*] imparibus *rνVcζ* primo — quinto] *om. rνVcζ* primo *K.*] ·i· = idest, *mendose pro* ·Ī· = primo, *γ* 14 quasi] *om. cζ* 15 set *γ* 17 inperite *V*] imperite *cett.* 18 scęnam *r*] scenam *cett* 22 celeritas] *om. cζ* 23 inperitia *γ*] imper: *rνVcζ* 24 aut] *om. cζ* 25 īperitiam *γc*] imper: *rνVζ* in] *om. cζ* 26 enni *rν*] ennii *γcζ* enim *V* 28 quia — carpere] uidetur autem ennium carpere *cζ om. V propter homoeoteleuton*

quia Romanus poeta non debet ueniam petere; nam debet summus esse (*Γ′ Vcζ*

265. § Idcircone uager (*v*)] Non seruem legem carminum, si non iudicatur de erroribus poetarum? Ideo ergo scribam non seruans legem poematis neque ordinem, quia uenia datur? (*Γ′ Vcζ*

265. 266. *Visuros p. p. t. (*c*)] An cum putauero omnes uisuros mea peccata, ero tutus? (*Γ′cζ*

267. 268. § Vitaui denique c. (*cζ*), non laudem merui (*v*)] Quodsi culpa caream uersuum, numquid et laudem mereri possum? Data, inquit, uenia culpam uito, non laudem promereor (*Γ′ Vcζ*

268. § Exemplaria Graeca (*V*)] Graeci enim optime et caute scripserunt; eos legite et ipsos sequimini; nam Latini inmoderati sunt (*Γ′ Vcζ*

270. 271. *Quasi ant⟨h⟩ypophorae modo respondit (*Γ′*

*At uestri proaui Plautinos et n. et l. s. (*ζ*)] Plautum ait frustra ab antiquis probatum, cui et sales et metri scientia defuit (*Γ′fcζ*

§ Patienter utrumque (*V*)] Patienter [autem] utrumque laudauerunt, ne dicam 'temere', 'stulte'. Debuerunt non patienter laudare, quia inmoderatus est et in metris et in iocis. Ostendit autem non recte in omnibus antiquos poetas fuisse laudatos (*Γ′f Vcζ*

272. § Si modo ego et uos (*V*)] Idest siquidem nos scimus discernere mala a bonis. Hoc autem dicit: si auditores sciunt audire, non debet poeta inmoderatus esse (*Γ′ Vcζ*

1 nam debet s: esse *Γ′cζ*] *om. V* 3 non — ideo *Γ′cζ*] *om. V* 15 inmod: *Γ′*] immod: *Vcζ* 21 pac: *V* autem *γvV*, *post* utrumque *pon. cζ* enim *f om. r* 22 et stulte *r* uel stulte *f* debuerunt] quem debuerunt *cζ* 23 inm: *ΓV*] imm: *vfζ* īm: *c* 24 iocis] uocis *V* uocis sono *cζ* 25 fuisse] esse *cζ* 28 immoderatus *vVζ* īm: *c*

273. Seponere dicto (*V*)] 'Lepido dicto' idest iocalariter dicto uel acrimonia, idest prudentia et urbanitate sensuum (*Γ′ f V*

274. § Digitis callemus et aure (*V*)] Scimus. Digitis autem pro arte rithmica et numeris, ut (*carm.* IIII 6, 35. 36):

> Lesbium seruate pedem meique
> Pollicis ictum.

Digitis autem et aure, quia sonus metri pollicis strepitu et auris perceptione probari solet, unde et dactili pedes quidam dicti sunt; et ipsi pedes inde appellati sunt, quoniam sonum metrorum pulsu pedis nostri adiuuamus (*Γ′ f V c ζ*

276. § Dicitur et plaustris (*V*)] Ante enim chori in plaustris constituti circa uicos tragoedias dicebant (*Γ′ V c ζ*

*Et plaustris u. p. T. (*c ζ*)] Tam multa scripsisse, quae posset plaustris aduehere (*Γ′ c ζ*

277. § Quae canerent (*ν*)] [Et hoc] ad chorum retulit, quoniam tragoediae choros habent (*Γ′ V c ζ*

*Peruncti (*ν*)] Delibuti; nondum enim usus inerat personarum (*Γ′*

278. *Pall⟨a⟩eque repertor ⟨honestae⟩ (*ν*)] Quoniam palla non nisi honestis personis datur (*Γ′ c ζ*

279. *Et modicis i. p. t. (*c*)] Ostendit scenas antea non fuisse grandes (*Γ′ c ζ*

281 *sq.* § Non sine multa l. (*ν*)] Quia nominatim appellabantur principes ciuitatis a comoediographis, alii ad honorem, alii ad iniuriam (*Γ′ V c ζ*

5 autem — digitis] *om. c ζ propter homoeoteleuton* pro arte rithm: *K. uid. stud. Vindobon.* 1901 *p.* 119] pro arithmetica *Γ* pro arte rithmi *f* pro arte pithmica *ν* pro artibus metica *V om. c ζ* parte rhythmica (!) *Pauly et Hauthal* ut *r f*] *om. γ ν V* 9 sonus *γ c ζ*] sonos *r ν f V* 11 a: sunt *γ c ζ*] sunt *om. r ν f V* 14 enim] *om. r* 19 et hoc *c ζ*, *om. cett.* 27 *lemma in V:* Laude sed in uicium

282. § Sed in uitium l. (*ν*)] Licentiam habebant satyrici mores cuiuscumque scribere, antequam lex a senatu lata fuisset; ergo in uituperationem chorus erupit, quod, libertate sublata, uituperare desiit. Aliter: postea uituperari coepit ipsa com⟨o⟩edia, quia libere maledicebat et reprehendebat mores hominum, et hac de causa lege prohibita est ⟨ἡ⟩ ἐπ' ὀνόματος λεγομένη, quae nominatim male loquebatur, idest maledicebat. 'Vetus' autem dixit ad comparationem eius, quae postea inuenta est. Vetus ideo, quoniam, postquam uitium incurrit et amisit choros, neoterica appellata est, licet primum inuenta, sed post tragoedias (*Γ' Vcζ*

283. § Et uim (*νcζ*)] Insolentiam, iniquitatem; dum enim in comoediis suis aliquos carpunt, uitium incurrerunt. Ante uero in com⟨o⟩ediis licebat libere lacerare, quod postea lege prohibitum est; quod factum est sub Augusto (*Γ' Vcζ*

284. § Iure nocendi (*Vζ*)] Lacerandi, quoniam sublata auctoribus loquendi libertas (*Γ' Vcζ*

285. * Liquere poet⟨a⟩e (*V*)] Hoc est: et Latini scripserunt istiusmodi comoedias, in quibus nominatim maledicebant (*Γ' Vcζ*

287. § Domestica facta (*Vcζ*)] Priuata. Idest uoluerunt uti suis. Et cum desissent postea nostri Graecos imitari et historias Latinas scribere, laudati sunt (*Γ' Vcζ*

288. § Vel qui praetextas (*V*)] Idest et qui praetextas fabulas fecerunt uel togatas, meruerunt nimium

1 satyrici *Γ'cζ* satirica *V* 3 libertate — maledicebat] *om. ζ* 4 desiit *rνc*] desit *γ* defuit *V* aliter] uel *cζ* 7 ἡ ἐπ' ὀνόματος λεγομένη *K.*] ЄΠΟΝΟΜΑΤΟЄΛЄΤΟΜЄΝЄ *Γ'* FΝΟΜΑΤΟЄΑЄΓΟΜЄΝΗ · *V; spatium relictum in cζ, ὀνοματοποιΐα Pauly et Hauthal; ἐπ' ὀνόματος ἡ λεγομένη Wessner, Untersuchungen zur lat. Scholienlitteratur, Bremerhaven* 1899 *p.* 4 9 uel uetus ideo *νcζ* 11 appellata] nominata *γ* 15 lazerare *V* 19 auctoribus *γcζ*] actoribus *rνV* 23 priuata] *om. cζ* 24 desissent] dedissent *V* cepissent *c* cępissent *ζ* 26 uel *cζ*] uos *V* 27 nimium *codd.*] non minimum *edit.* (nec minimum *Hor.*)

decus. Praetextam quidam dicunt tragoediam, togatam autem comoediam. Alii autem dicunt praetextam et togatam com⟨o⟩edias esse, sed togatas, in quibus sunt Graeca argumenta, praetextas in quibus [sunt] Latina (*Γ′ f V c ζ*

§ Docuere togatas (*V*)] Praetextas et togatas scripserunt Aelius Lamia, Antonius Rufus, Gneus Melissus, Africanus (*leg.* Afranius), Pomponius. Comoediarum genera sunt sex: stataria, motoria, praetextata, tabernaria, togata, palliata (*Γ′ f V c ζ*

289. 290. § Nec uirtute (*ν c*)] Non minorem consecuti fuissent Latini gloriam ex eloquentia, quam ex armis, si in corrigendis carminibus laborare uoluissent (*Γ′ V c ζ*

291. § Limae labor (*ν ζ*)] Idest expolitionis et emendationis; lima enim nitidius facit, quod fuerat scabrum. Limam ergo pro correctione posuit translatiue, hoc est: si carmen suum unusquisque emendare non fastidiret (*Γ′ V c ζ*

291. 292. § Vos o Pompilius sanguis (*ζ*)] Idest Pisones. Ab ipso enim originem trahebant. Calpys filius est Numae Pompilii, a quo Calpurnii Pisones traxerunt nomen (*Γ′ f V c ζ ex Porph.*

294. *Perfectum decies (*ν*)] Finitum, ut, cum iam perfectum uideretur, non decies emendauit (*Γ′*

§ Ad unguem (*Γ′ V c ζ*)] Tractum a marmorariis, qui iuncturas marmorum ungue pertemptant. Alibi (*serm.* I 5, 32. 33):

Ad unguem
Factus homo.

1 tog: autem c:] comediam *V* c: togatam *c ζ* 2 alii — comoedias] *om. γ* dicunt] *om. V* 3 set *γ* sunt *Γ′ f*] *om. V, post* argumenta *pon. c ζ* 4 sunt *γ f om. r ν V c ζ* 6 scripserunt *Γ′ f*] *om. V c ζ* 10 palliata *γ c ζ*] palleata *r V* pelleata *ν f del. Cruquius* 15 laborum *ν*

Ad unguem autem ad perfectionem, ad examen, hoc est: ad perfectum iudicium. Hoc ergo dicit: reprehendite, o Pisones, illud carmen, quod neque multum tempus neque litura correxit (*Γ′ f V c ζ*

295. § Ingenium m. q. f. a. (*c*)] Quia Democritus dicit plus ualere ingenium quam peritiam, et quia dicit non bonos poetas esse, nisi qui insaniunt; hoc idem et Plato (*cons. Porph.*). Aliter: Democritus ait poetam non arte fieri, sed natura nasci. Ergo quia Democritus felicius putat ingenium arte, ideo miseram eam dicit Hora͡tius et propterea multi fingunt furorem, ut poetae uideantur. Misera autem est ars, siquidem non meretur poetae nomen accipere, qui habet artem, nisi qui habuerit ingenium; ingenium solum non sufficit ad poeticam, ars non sufficit. Verbi gratia: sunt genera quattuor poetarum: est altus, est medius, est tenuis, est et grandilocus. Tenuis et medius arte fiunt, magnus et grandilocus natura (*Γ′ f V c ζ*

297. *⟨Democritus⟩] Iste est Democritus, a quo secta est orta *Ἐπικουρεία*, qui multa physica scripsit (*Γ′ c ζ*

*Non unguis ponere curat (*ζ*)] Non uult poetas philosophorum more incedere. Notat hic imperitos, qui putant poetas optimos esse eos, qui sunt demisso capillo uel barba (*Γ′ c ζ*

299. *Barbam in singulari numero mentum, in plurali hyrcinas dicimus (*c ζ*

300. § Si tribus Anticyris (*v*)] Anticyra dicitur insula, in qua multum nascitur ellebori et cicutae. Hoc

1 ad unguem] *om. γ c ζ* autem] *om. γ v c ζ* 8 aliter] uel *c ζ* 9 set *γ* 10 horatius et *Γ′*] horacius et *f* homines et *V* et homines *c ζ* 13 habuerit *Γ′ f*] habeat *c* habent *V* habet *ζ* 14 ad poeticam — sufficit] *om. f propter homoeoteleuton* ars non sufficit *r*] non ars *c ζ* ars sufficit *γ v V* 15 quattuor *r f*] *om. γ v V c ζ* 16 et] *om. c ζ* grandilocus *γ f V*] grandiloquus *r v c ζ* tenuis et — natura] *om. v* 17 grandilocus *γ f V*] grandiloquus *r c ζ* 19 *Ἐπικουρεία K.*] ЄΠΙΚΟΙΡЄΙ *γ* ЄΠΙΚVΡЄVC *r* epicurea *v*; *in c ζ spatium relictum* 26 antyciris *v*

ergo diasirtice (*leg.* diasyrtice) dicit Horatius: si non totonderit caput, nomen poetae nanciscetur, quod caput non sanatur tribus datis elleboris (*Γ′ f Vc ζ*

Item: Anticyra insula est, in qua elleborum nascitur, quo sanantur inualidi et insani (*cons. Porph.*). Tribus ergo pot⟨ionib⟩us accipiamus, aut multo elleboro (*Γ′ f V*

301. § Tonsori Licino (*Vc ζ*)] Licinus tunc dicebatur tonsor opinatus, quem postea dicunt factum senatorem a Caesare, quia dicebatur nimium odisse Pompeium. Et est sensus: si non commiserit tondendum caput Licino, quem tres Anticyrae curare non possunt, adeo insanum (*Γ′ f V c ζ*

302. § Qui purgor bilem (*V ζ*)] Idest qui propter purgandum bilem rado caput meum, qui catharticum accipio ad purgandum me (*cf. Porph.*). Aliter: qui purgor bilem pro bilibus purgor, idest qui curo sanus esse, cum sciam a Democrito eos ueros poetas iudicari, qui sunt insani. Aliter: 'purgor bilem' coleram reicio potionibus (*Γ′ V c ζ*

303. § Poemata uerum (*V*)] Idest nemo esset magis in opinione poeta, si essem demisso capillo (*Γ′ Vc ζ*

304. § Nil tanti est (*V*)] Idest nullius momenti sum, quoniam non sum demisso capillo, et qui per singulos annos coleram purgo. Dicebatur enim melancholicus fuisse Horatius. Aliter: uerum nil tanti est, idest non curo, sed contempno dici poeta; ac si diceret: non possum poeta esse, ut contempnam curam corporis mei (*Γ′ V c ζ*

1 dicit] *om. V* 4 item] *om. f* 6 potus *Γ′ f V*] *em. K.* 8 opinatissimus *c ζ* 11 curare non p: *Γ′ f*] non possunt curare *c ζ* non possunt *V* 13 idest qui] *om. c ζ* 14 catarticum *Vc* carthaticum *r* cataraticum *ζ* citharticum *v* carthiticum *γ* καθαρτικόν *Porph.* 15 aliter] uel *v c ζ* 16 purgor] *om. c ζ* 18 aliter] uel *c ζ* 23 qui *Γ′*] quod *V om. c ζ* 24 coleram *r c ζ*] colera *γ v V* melancholicus *V*] melanco: *cett.* 25 aliter] uel *c ζ* 26 set *γ*

305. § Exortita (*leg.* Exors ipsa) sec. (*v*)] Idest quae non habet munus et officium ad secandum, aut quae non habet officium secandi a natura tributum (*Γ′ Vcζ*

§ Exors ipsa] Vt (*Verg. Aen.* V 534):

Exortem ducere honores (*Γ′ Vcζ*

309. § Sapere est et principium (*vcζ*)] Idest copia uerborum, quae debet sequi principia. Contra illos, qui dicunt poetam insanire debere, hic ait: ut possis recte scribere, primum opus est sapere (*Γ′ Vcζ*

310. § Socratic⟨a⟩e c⟨h⟩art⟨a⟩e (*v*)] Idest libri. Et hoc dicit, ut sapias. Docet poetam non debere expertem esse philosophiae. Item aliter: poema constat ex re et oratione: res ex philosophia originem trahit, ut praecepta contineat (*ex Porph.*). Hoc ergo dicit, quod rem inuentam uerba etiam non inuita secuntur, idest tunc uerba non desunt, cum habueris, quod dicas. Et Pollio idem dixit: Male hercule eueniat uerbis, nisi rem secuntur (*Γ′ f Vcζ*

311. § Prouis[s]am rem (*v*)] Idest non laborat poeta loqui rem sapienter inuentam. Menander, cum iam fabulam disposuisset, etiam si nondum uersibus adornasset, dicebat se tamen iam conplesse (*Γ′ Vcζ*

312. § Qui didicit p. q. d. et q. a. (*cζ*)] Idest qui legerit libros de officiis, idest περικοπῶν (*leg.* περὶ καθηκόντων); et ostendit poetas imbui debere philosophiae. Dicit autem

2 ad secandum — officium] *om. cζ* 4 exors ipsa *K.*] exortita *Γ′ V om. cζ* ut] *om. cζ* 5 exsortem *v* honorem *cζ* 7 qui dicunt *Γ′cζ*] *om. V* 9 primum] principium *V* principio *cζ* 11 ut — docet] *om. cζ* 12 item] *om. v* 14 dicit ergo *cζ* 15 non *vV*] *om. Γfcζ* (etiam in uita s:) secuntur *γV*] sequuntur *rvfc* secutus *ζ* 16 et pollio — secuntur] *om. f* 17 dicit *r* secuntur *γVcζ pr.*] sequntur *ζ corr.* sequuntur *rv* 19 laborat] laboret *cζ* laborabat *γ* 20 iam] *om. cζ* 22 tamen se *rcζ* conplesse *v*] complesse *ΓVcζ* 23 legerit] legit *cζ* 24 *περὶ καθηκόντων K.*] ΠΕΡΙΚΟΠΩΝ *V* ΠΕΡΙΚΟΠΟΠ *r* pericopon *f* ΝΕΡΙΚΟΤΟΝ *γ*, *om. vc* *περὶ κοινῶν aut περὶ καθήκοντος edit.*

hoc: ille optimus poeta est, qui didicit, quid singulis debeat, idest quo amore debet unusquisque circa patriam esse aut parentes siue amicos (*Γ′ f V c ζ*

317. § Respicere exemplar (*ν c ζ*)] Exemplum est *παράδ⟨ε⟩ιγμα*, exemplar *ἀντίτοπον* (*leg. ἀντίτυπον*). Hoc dicit: consuetudinem uitae iubeo respicere eum, qui uult recte imitari, ut, cum inducat adulescentem loquentem, debeat scire, quemadmodum iuuenes solent uiuere. Quid est enim comoedia? Imago uitae cottidianae (*Γ′ f V c ζ*

§ Viuas uoces (*γ ν V*)] Idest ueras (*Γ′ V c ζ*

§ Hinc (*ν V c ζ*)] Idest a cottidiana uita, a moribus communibus (*Γ′ V c ζ*

319. § Speciosa l. (*ν*)] Idest si oportunae fuerint inductae personae; aut 'locis' idest argumentis, ut non sit argumentum absurdum (*Γ′ V c ζ*

319. 320. § Morataque recte ⟨fabula⟩ (*c ζ*)] Morosa malis moribus, morata bonis dicitur; morata autem bene instituta, unde in consuetudine est bene moratum eum dici, qui bonos mores habet (*Γ′ V c ζ cons. Porph.*

§ In qua mores singularum personarum optime exprimuntur (*Γ′ V c ζ*

320. § Nullius u. (*c ζ*)] Idest uenustatis et gratiae, quae ad artem spectat. Ostendit modo, quantum prodest consideratio consuetudinis, dicens, quod interdum fabula oportunitate personarum inductarum et expressione morum, quamuis sit sine arte, sine uenustate, sine grauitate sententiarum, plus placet, quam uersus bene quidem sonantes, sed morum obseruatione carentes. Magis possunt delectare res sine ornatu, quam ornata poemata uerbis sine rebus (*Γ′ V c ζ*

2 debet] debeat *edit.* 5 *αντιτοπον Γ* antitopon *f αντιτονον V* anontitonon *ν* anticonon *ζ lacuna in c* 9 est enim *Γ f*] enim est *ζ* enim *ν V c* cott: *Γ c*] cot: *ν f V ζ* 11 cott: *Γ c*] cotidiana *ν V ζ* 16 morosa] morata fabula *c ζ* 22 gratiae (gratie) *Γ′*] ignē *V* ingenii *c ζ* 23 spectant *c ζ* 25 et] *om. c ζ* 27 bene quidem *Γ*] bone quidem *ν* quidem bene *c ζ* quidem *V* 28 set *γ*

§ Sine pondere et arte (*V*)] Scilicet grata. Sine magnis sensibus, sine grauitate uerborum (*Γ′ Vcζ*

321. *Valdius (*ν*)] Pro ualidius, ut alibi (*Hor. epist.* I 9, 6):

Nouit me ualdius ipso (*Γ′f*

322. *Inopes (*ν*)] Idest inanes, in quibus nullae sunt res, qui sola arte boni sunt (*γν*

§ Nug⟨a⟩eque can. (*ν*)] Nullius momenti uerba, bene sonantia (*γνVcζ*

323. *Rotundo (*cζ*)] Idest perfecto (*Γ′cζ*

325. *'Romani pueri' a prima aetate calculum discunt, hoc est: computationibus operam dant (*Γ′cζ*

327. *Filius Albini (*ν*)] Feneratoris cuiusdam auari (*Γ′*

328. § Triens (*Vcζ*)] [Idest] tertia pars librae, quae facit uncias quattuor, cum sint libra unciae duodecim (*Γ′ Vcζ*

§ Hoc ille dixit, qui rogatus fuerat (*Γ′ Vcζ*

§ [H]eu (*νVcζ*)] Pro euge, idest bene (*Γ′ Vcζ*

329. § Assem (*cζ*)] Assis totum patrimonium est. Biens, triens, quadrans, quincunx, sextans, dodrans, deunx, semis partes assis sunt (*Γ′ Vcζ*

§ ⟨Redit uncia⟩] Quincunci additur uncia, idest ad alias quinque accedit alia uncia (*Γ′ Vcζ*

330. *Semis (*ν*)] Idest media pars librae (*Γ′*

§ Eruginem appellauit auaritiam quasi maculam. Item aliter: erugo, auaritia; idest cum auaritia occupauerit a

1 grata *γν*] gramaticae *r* gñe *V om. cζ*; *fort. scribendum* grammatica, *sed cf. p.* 360, 22 *sq.* 2 magnis] *om. r* 3 alibi] *om. γ* 7 boni sint *γ* sunt boni *ν* 8 bene *Vcζ*] bone *ν om. γ* 15 trien *V* idest *om. rcζ* 16 sint *Γ′ V*] sit *cζ* libra *νcζ*] librae *Γ* libre *V* 18. 19 *confusus ordo in codd., em. K.* 18 rog:] interrogatus *cζ* 19 pro — idest] *om. γ* pro] *om. cζ* 20 est] *om. cζ* 25 idest] *om. ν* 26 appellat *νcζ* item] *om. ν* idem *cζ* 27 aliter — idest] *om. cζ* aliter] *om. r* idest] *om. ν*

prima infantia animos Romanorum, sperandum est eos posse scribere carmina recipienda in auctoritatem? (*Γ' Vcζ*

332. § Linenda c. et l. s. c. (*c*)] 'Linenda' autem 'cedro et leui seruanda cupresso' dixit, ut haec carmina in perpetuum maneant unctis in circuitu chartis cedro. Vtraque enim res odore suo summouet tineas (*Γ' Vcζ sim. Porph.*

*Leui s. c.] Idest armario bene composito (*Γ'*

333. *Delectant bucolica, prosunt georgica (*Γ'*

335. § Quicquid p. e. b. (*c*)] Idest praecepta debent breuia esse, quia, si longa fuerint, aures deficiunt auditorum. Percipiant ergo animi, ut dociles fiant, quia, quod percipio et intellego, docet me. Item: esto breuis, idest serua necessaria (*Γ' Vcζ*

336. § Teneantque (*om. ν*) fideles (*νcζ*)] Vt seruent, quod accipiunt, ne effluat, quod audiunt (*Γ' Vcζ*

337. § Pleno (*Vcζ*)] Idest fastidiente (*Γ'b Vcζ*

§ Manat (*νVcζ*)] Idest effluit; et est sensus: pectus enim, quod iam uarietate satiatum et plenum est, ea, quae superuacua audierit, non retinet (*Γ' Vcζ*

339. § Ne quodcunque u. p. s. f. c. (*ζ*)] Ordo: ne quodcumque uelit sibi credi fabula poscat (*Γ' Vcζ*

§ Fabula (*V*)] Idest comoedia, aut 'fabula' pro 'poemata' posuit. Quae finguntur propter uoluptatem, sint uerisimilia (*Γ' Vcζ*

340. § Neu prans⟨a⟩e Lam. (*ν*)] Idest ne fingat tale argumentum fabula, quod deuorauit Lamia puerum, qui postea de utero eius uiuus prolatus est (*Γ' Vcζ cf. Porph.*

3 linenda autem — cedro.] *om. cζ* 8 idest] *om. ν* 16 effluat *Γ*] effluant *νVc* defluant *ζ* quod *ΓV*] quia *ν* que *cζ* 19 uarietate *edit.*] ueritate *Γ' Vcζ* plenum est et satiatum *γ* ea] *om. γ* 23 fabulam *ν* 24 poemata *cζ edit.*] poeta *cett.* posuit] *om. cζ edit.* 27 deuorauit] deuorauerit *cζ edit.* 28 est] sit *cζ*

§ Extrahat (*νcζ*)] Idest non eximat et detrahat ipsa fabula (*Γ′ Vcζ*

341. § Centuriae seniorum (*ν*)] Idest senes Romani non probant poemata, quae sunt leuia; adulescentes [enim] non delectantur austeris. Quid ergo faciendum est, o poetae? Poema temperare, ut et uoluptati seruiat iuniorum et seueritati satisfaciat seniorum. Item centuriae seniorum, quia singulae tribus certas habebant centurias seniorum et iuniorum (*Γ′ Vcζ*

§ Idest persecuntur, quae utilitatem non habent. Item 'expertia frugis' idest inutilia, aliena, maturitate carentia, idest bonitate uel austeritate (*Γ′ Vcζ*

342. § Celsi p. a. p. (*c*)] Sensus est [autem]: senes grauitate carminis et dictionis pondere delectantur, iuuenes austera et grauia non amant. Ramnes, Luceres, Tacienses Romanae tribus erant uel, ut uerius, equites (*Γ′ bVcζ*

* Ramnes (*ν*)] Hos iuniores intellegamus; erant enim alii seniores (*Γ′ b*

343. § Omne tulit punctum (*ν*)] Omnium suffragium, omnium iudicium meretur ille, qui et dulcis est et utilis. 'Puncta' dicuntur populi suffragia. Vsus est hoc uerbo etiam Cicero in Fundaniana (*pro M. Fundanio fr.* 5 *Kl.*). Item aliter: solus suffragia et iudicium populi tulit, qui et utile et dulce poema scribit, idest qui et prodesse et delectare potest (*ex Porph.*). 'Punctum' autem ideo dixit, quia sic antea cereis suffragia ferebantur (*ex Porph.*). Hoc ergo dicit: 'omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci',

3 conturie *ν* 5 ergo *γ*] *om. rν* enim *Vcζ* o *γ*] *om. rνVc* 7 item — seniorum] *om. Vcζ propter homoeoteleuton* 10 idest] *om. γ* pers: — frugis] *om. ζ* persequuntur *r* persecuntur *cett.* 11 idest *om. cζ* 12 uel *Γ′ Vcζ*] et *edit. sil.* 13 est] *om. b* autem *rb om. γνVcζ* 15 tacienses *Γ′ V*] titienses (tic: *ζ*) *cζ edit., absc. b* 21 suffragia — solus] *om. ζ propter homoeoteleuton* 22 in fund:] *om. cζ* 23 item] *om. rζ* aliter *om. νζ* 24 scribit *Γ*] scripsit *νVcζ* idest *r Porph.*] *om. γν* sed *Vcζ* 27 omne — idest] *om. cζ*

idest omnium meruit fauorem iuxta legem tabellariam, quae cauerat non uoce, sed puncto debere ferri suffragium (*Γ′ f V c ζ*

345. *Hic meret (*v*)] Idest praestat, idest dignus est emi. 'Meret' mercedem affert (*Γ′ f c ζ*

'Librum' pro poemate posuit. 'Hic liber': istiusmodi, qualem dixi. 'Sosis' idest bibliopolis. Alii emendatores et probatores carminum uolunt intellegi et duo i debere scribi, sed propter metrum unum scribitur. Sosii ergo duo fratres fuerunt bibliopolae opinatissimi (*sim. Porph.*). Est autem sensus: istiusmodi librum facile Sosii possunt uendere (*Γ′ f V*

347. *Ignouisse u. (*v*)] Inter multa bona si habueris pauca mala, ignoscendum est tibi (*Γ′ c ζ*

348. *Nam neque (*v*)] Si ergo errat cithar⟨o⟩edus, multo magis uenia tribuenda est poetis, si in quibusdam errauerint (*Γ′ c ζ*

350. § Quodcumque minabitur arcus (*v*)] Nec semper sagittarius destinata iaculatur. Hoc uult dicere: merentur poetae ueniam, quia paene omnes in errore uèrsamur (*Γ′ V c ζ*

352. *Maculis (*v*)] Vitiis, peccatis, delictis (*Γ′ c ζ*

§ Incuria (*v c ζ*)] Idest neglegentia (*Γ′ V c ζ ex Porph.*

*Fudit (*v*)] Dixit, quia maculae funduntur (*Γ′ c ζ*

Nam duobus modis fit, ut aliqua uitia nascantur in poemate: aut neglegentia, aut natura, quia hominum natura fragilis est et omnia facere bene non potest (*Γ′ V*

353. § Quid ergo est, quod moneo? Si poeta itidem peccat, ut librarius s⟨a⟩epe monitus, caret uenia (*Γ′ V c ζ*

2 set *γ* ferri *v c ζ*] ferre *Γ V* facere *f* suffragia *c ζ* 5 uel meret *c ζ* 6 poemate *γ f*] poemata *r* poema *v V* 8 et duo ·i· *f*] duo ii *r* duo duo *V* ·i· *v* duo ·ii· *γ* 9 set *γ* 15 errat cith:] c: e: *c ζ* 16 poetis est *c ζ* 23 idest *γ v V*] *om. r c ζ* 26 aut quia, *om.* natura, *v* 28 quid ergo est *V c ζ*] om. *Γ′* itidem *Γ c ζ*] idem *V* 29 ut libr:] *om. c ζ*

354. § ⟨Si peccat idem l.⟩] Si in eodem peccat 'scriptor librarius', idest naturalis. Bibliopolas eos ueteres dicebant; hoc et Tranquillus (*Sueton. p.* 134, 18 *Reiff.*) affirmat (*Γ f V c ζ*

355. *⟨Quamuis est m.⟩] Pro eo, quod est 'quamuis sit', propter cacenfaton (= κακένφατον) ut Maro (*ecl.* 3, 84):

Quamuis est rustica musa (*Γ*

357. § Fit Ch⟨o⟩erilus ille (*c*)] Choerilus fuit poeta malus, qui Alexandrum Magnum secutus bella eiusdem descripsit. Cui Alexander dixisse fertur malle se Thersiten Homeri esse, quam huius Achillem (*ex Porph.*). Choerilus Alexandri poeta fuit. Depactus cum eo, ut, si bonum uersum faceret, aureo nomismate donaretur, colapho feriretur, si malum, s⟨a⟩epius male dicendo colaphis necatus est (*Γ V c ζ*

358. Cum risu m. (*v*)] Laudo Choerilum, quia duos uel tres uersus elegantes in toto poemate scripsit, idest ridendo totum poema eius laudo, duos uel tres uersus admirans (*Γ′ V*

§ Aliter idest si unum aut duos uersus bene dixerit, admiror quasi bonum poetam praeter solitum; non enim dixit 'laudo' (*Γ′ V c ζ*

[Alexander poeta fuit dep̄. Perlege supra (*V ex lin.* 13 *mendose iterata*

359. *Quandoque bonus d. H. (*c ζ*)] [Idest qui neglegenter scribit,] idest quandoque errat bonus poeta (*Γ′ c ζ*

2 bibliopolas eos *γ*] bibliopolasicos *r f V* uel bibliopolas *c ζ* 8 est *γ*] sit *r* musam *Verg.* 10 malus] *om. c ζ* pessimus *Porph.* 13 depactus est *edit.* 14 nomismate *Γ V*] numismate *c* nūmismate *ζ* colafo feriretur si malum *γ* si malum colapho (colofos *V* colaphis *ζ* colafis *c*) feriretur *r V c ζ* colaphis *r V ζ*] colafis *γ om. c* nectus est *c ζ* 17 chorilum *V* cherilum *Γ′* 20 admirans *Γ*] ammirans *v V* 21 aliter] *om. c ζ* idest *r v V*] *om. γ c ζ* uersus *Γ c ζ*] sensus *v V* 22 adm: *γ v V c ζ*] amiror *r* 26 'Idest — scribit' *pertin. ad u.* 357: 'qui multum cessat'

361. § Vt pictura p. e. (*c*)] Idest non erit dissimilis poetica ars picturae (*Γ V c ζ ex Porph.*

Nam quomodo in hac propius quaedam spectanda sunt, quaedam longius: ita poetices quaedam aspicienda sunt statim, quaedam postea. Quae dilucida erunt, mox cognoscuntur; quae uero obscura, longius remotis [ab ignotis] (*Γ V ex Porph.*

§ Vt pictura poesis erit (*ν*)] Hic 'erit' pro 'est' ponitur. Hoc ergo dicit: quemadmodum quaedam pictura de proximo uult uideri, alia autem eminus, ut uitia celentur, ita et poema aliud semel lectum placet, probum uero poema placet etiam s⟨a⟩epe repetitum (*Γ' V c ζ*

*Aliter: Vt pictura, ita et poema aliud, dum recitatur, in praesenti placet, aliud postea saepe repetitum (*Γ' c ζ*

⟨Si propius stes⟩] Idest si de propinquo attendas *V, om. cett.*

363. § H⟨a⟩ec amat o. (*ζ*)] Idest mala, quae magis fuco, idest coloribus, potest placere quam arte (*Γ' b V c ζ*

367. *Fingeris (*c ζ*)] Formaris, erudiris (*Γ' c ζ*

368. *Tolle (*ν b*)] Idest: audi sententiam meam et esto eius memor (*Γ' b*

§ Certis rebus etc. (*c ζ*)] Ac si diceret: non omnibus, idest paucis; idest recte conceditur quarumdam rerum esse mediocritatem; ut si iuris peritus non fuerit aliquis, quomodo Cascellius, aut orator, quomodo Messala, attamen ferendi sunt, si fuerint mediocres; quod in poetis non idem est (*Γ' b V c ζ*

371. Abest uirtute ⟨M.⟩ (*ν*)] Idest non est aequalis

3 spectanda — 5 quaedam] *om. V propter homoeoteleuton* 4 aspicienda sunt statim *γ*] aspicienda sunt *r* statim aspicienda sunt *ν* 6 ab ignotis *Γ V, om. ν Porph.* 8 hic — quemadmodum] quomodo *c ζ* 12 uero] autem *ν* 24 quarumdam *ν V*] quarundam *Γ b c ζ* 26 aut orator *edit., cf. Porph.*] auc/// *b* autoritate *ζ* auctoratus *cett.* 27 sunt] sint *γ* 29 idest] Dicit autem *b*

Messalae uel Cascellio, tamen non est uituperandus, sicuti poeta mediocris (*Γ′ b V*

Messala orator, Cascellius iuris peritus fuit (*Γ′ b V*

372. *In pretio (*ν b f*)] Idest in honore; Plautus in Asinaria (I 1, 46):

Tu primus sentis, nos tamen in pretio sumus

(*Γ′ b f*

373. §Non concessere c. (*c*)] Hyperbolicos ait: nec saxa concedunt aliquid poetis de mediocritate. Columnas [autem] dicit, ubi ponebant poetae pittacia, indicantes se, quo die recitaturi essent (*Γ′ b f V c ζ*

374. §Vt gratas inter mensas (*ν*)] Quemadmodum inter iucundas mensas offendit aut malus cantor aut unguentum malum aut papauer cum amaro melle, cum poterat prandium confici sine his: ita ⟨poema⟩, quod inuentum est propter animos delectandos, si paululum recesserit a perfectione, non placet, sine quo poemate res hominum poterant explicari (*Γ′ f V c ζ*

Quemadmodum inter opulenta et iucunda conuiuia offendit aut crassum ungentum, aut malus cantor, aut mala placenta, ita nemo patitur malum poetam, quia poema natum est ad delectandos homines (*Γ′ b f V*

*'Symphonia' [est] concentus cantorum (*Γ′ c ζ*

375. *Et crassum ung. (*ν*)] Mali odoris; nam ut lenem odorem dicimus suauem, ita et crassum malum (*r ν c ζ*

§Et Sardo (*ν*)] Quia Sardum mel amarum est (*cf. Porph.*). Papauer autem posuit pro placenta (*Γ′ V c ζ*

8 yperbolicos *Γ′ b f c ζ* hiperbolicos *V* nec] nec enim *c ζ* 10 autem *r b c ζ om. γ ν f V* pittacia *V*] pitatia *r ν* pitacia *b f c* pictatia *γ* pytacia *ζ* epitaphia *Pauly* (!) 11 quo — essent] quod recitaturi essent *V, om. c ζ* 13 ungentum *γ* 15 poema *edit.*] *om. codd.* 16 animos *codd.*] amicos *edit.* 18 poterat *c ζ* 19 qu:] Aliter quemadmodum *f* 20 ungentum *γ V*] *euan. b,* unguentum *r ν f* 21 poetam malum *V* 23 est *Γ*] *om. ν c ζ* concentus *c*] conuentus *Γ′* cantatorum *r* 26 quia — est] sardiaco *c ζ*

377. *Iuuandis (*c*)] Delectandis (*Γ′ b c ζ*

378. *Si paulum s. d. (*cζ*)] Si modicum a perfectione recesserit, fit poema pessimum; si exiguum recesserit a summitate, uergit in uitium (*Γ′ c ζ*

380. *Trochi (*c*)] Quaternarii. Nam trochos uocant Graeci quaternarios, aut ʻtrochiʼ idest rotae, quam currendo pueri uirga regunt (*Γ f c ζ*

*Pila ludus quidam, quem exercent inter se puell⟨a⟩e. Discus massa, quam iuuenes inter se iactant uires temptando. Trochus quiddam rotundum, quod miro modo torquetur et celerius quam rota uoluitur (*gloss. ν*

381. § Ne spiss⟨a⟩e risum (*ν*)] Idest ne rideat c⟨o⟩etus spectantum, qui in similitudine coronae ludentibus circumdatur (*Γ′ f V c ζ*

382. Quidni? (*ζ*)] Idest cum audeant uersus fingere qui nesciunt, quid restat, nisi ut permutato ordine ingenuus quilibet et liber a tributo persoluat summam nummorum equestrem, idest equestri ordini distributam? Nam consuetudo erat Romanorum, ut liberi tributa non soluerent, ceteri stipendia ad opus militum persoluerent (*V c ζ*

383. § Liber et ingenuus (*cζ*)] Cum stomacho pronuntiandum, quasi *ἀντιποφορά* (*leg. ἀνθυποφορά*), idest homo bene natus est, et licet illi uersus facere. Aliud est ʻliberʼ, aliud ʻingenuusʼ: hoc melius iuris consulti (*Γ′ f V c ζ*

§ Census equestrem (*ν*)] *Ἀπογεγραμμένος.* ʻVsque adʼ subaudis; in censum receptus, aut qui sit professus se habere tantam pecuniam, quantam deberet habere eques.

6 quam] quoniam *cζ* 7 uirga] scutica *cζ* 12 idest] *om. Vcζ* 13 spectantum *c*] spectancium *f* spectantium *cett.* similitudinem *ζ* similitudine *cett.* 15 idest *cζ*] *om. V* cum *V*] cur non *cζ* 17 et *V*] *om. cζ* 18 distributam *edit.*] distribuatur *Vcζ* 20 persoluerent *V*] soluebant *cζ* 23 aliud est *rf*] et est aliud *Vcζ* aut *γ* 24 hoc — iuris c: *om. cζ et edit.* hoc] cc *V* 26 ἀΠΟΤΕΤΡἀΝΝΕΝΟC *ν* ἀΠΟΓΗΓΡἀΝΝΗΝωC *V* ΑΠΟΓΗΓΡΛΝΝΗΝωC *Γ* ideo eos *c post lacunam, om. fζ* usque ad sub:] *om. f* usque] *om. ζ* 27 censum equestrem *cζ* 28 habere eques (ęques *V*) *Vcζ*] eques habere *Γ′ f*

Non enim licebat antea equitem Romanum fieri, nisi habuisset certam summam pecuniae, hoc est: quadringentorum sestertiorum (*Γ′ f V c ζ*

385. § Tu nihil (*ν ζ*)] 'Tu o Piso' a superioribus pendet, idest tu, o Piso, nihil dicas aut facias inuita Minerua. Inuita autem Minerua facimus, quod est stultitiae, et est prouerbium artificum. Inuita autem Minerua, quia et ipsa inter ceteras artes etiam poesi praeest (*Γ′ b f V c ζ*

386. *Siquid tamen olim (*ν*)] Idest quandocumque, quoniam Piso tragoedias scripsit (*Γ′ b*

387. *Mecius illis temporibus criticus summus fuit (*Γ′ f cf. Porph.*

388. Nonum prematur in annum (*ν*)] Cinna (*cf. Catull. c.* 95) librum scripsit, cui inscribitur 'Smyrna', et non eum edidit nisi nono anno, dum s⟨a⟩epius corrigit (*Γ′ b f V*

⟨Prematur⟩] Coerceatur, teneatur, per nouem annos elimetur ipsum carmen (*Γ V*

389. *⟨Membranis⟩] Haec membrana et hae membranae (*Γ′ b*

391. *Siluest. homines (*ν*)] Idest primos homines (*Γ′*

*Sacer (*ν*)] Idest sacerdos. Vt poeta (*Verg. Aen.* VI 645. 646):

> Nec non Threicius longa cum ueste sacerdos
> Obloquitur numeris (*Γ′ b f*

Ergo, quo libentius maior Pisonum uersus scribat, dicit, ad quam dignitatem poetae peruenerint (*Γ′ b f V*

392. *⟨Victu foedo⟩] Idest glandium esu, quibus uescebantur (*gloss. ν*

4 tu o piso] o piso *γ om. c ζ* 5 idest tu] *om. c ζ* i tu *ν* tu *γ* 8 et] *om. b c ζ* ipsa] ipsa minerua *γ* 10 I = idest (?) *V, cetera om.* 15 cui *V*] qui *Γ′ b f* 18 cohherceatur *V* per — carmen *γ V*] *om. r* 22 idest] *om. r ν* homines] *om. γ* 26 alloquitur *γ* 27 quo . . . scribat] quia . . . scribebat *edit.*

*Orpheus (*ν*)] De diis canendo theologus dictus est (*Γ′*

394. *Cadmus constituit Thebas, has Amphion muro cinxit (*Γ′bcζ*

396. § Fuit haec (*ν*)] Idest olim poetae sapientia[m] et eruditione[m] incultorum hominum ⟨feritatem⟩ prohibebant. Aliter: scilicet in poetis, idest aliquando haec fuit sapientia in poetis, ut docerent, quomodo uiuendum sit priuatim et publice (*Γ′ Vcζ*

398. *Vago (*ν*)] Meretricio (*Γ′b*

399. § Oppida moliri (*ν*)] Dicit [modo], quomodo poetae docendo carminibus suis hominum, qui more ferarum uiuebant, mitigassent animos (*Γ′ Vcζ*

⟨Ligno⟩] Ligno enim antea leges incidebantur, cum propter inopiam aenearum tabularum apud antiquos usus non erat (*ΓνV*

400. *Sic (*cζ*)] Propter sapientiam (*Γ′bcζ*

*Diuinis u. (*cζ*)] Sacerdotes et poetas aequauit. Hoc etiam Maro (*Aen.* VI 661. 662):

> Quique sacerdotes casti . . .
> Quique pii uates et P. d. l. (*Γ′ cons. cζ*

402 *sq.* § Tyrceusque (*leg.* Tyrteusque) m. a. in M. b. u. exacuit (*c*)] Lacedemoniis diu aduersum Athenienses (*leg.* Messenios) certantibus oracula responderunt aliter uictoriam non prouenturam, nisi Atheniensem ducem habuissent. Missi legati, qui hoc ab Atheniensibus postularent. Athenienses in contumeliam ipsis Tyrteum quendam claudum

3 has *Γ′b*] eas *cζ* anphion *γ* 5 idest] *om. cζ* 6 feritatem *edit.*] *om. Γ′ Vcζ* prohibebant *γ*] prophetabant *ΓνVcζ* 7 aliter *γ*] *om. ΓνVcζ* scilicet in poetis *Γ*] idest in poetis *V om. νcζ* fuit sapientia haec *V* 9 sit] esset *Pauly et Hauthal* 11 modo *Γ′ om. Vcζ* 14 ligno — leges] *om. V*, *schol. om. cζ* 23 lacedemoniis — messenios] *om. ν* 25 prouenturam] prouenert̄ *V* posse habere *cζ Pauly* 26 hoc] hunc *edit.*

dederunt, dicentes iuxta ignauiam ipsorum hunc ducem posse sufficere. Sed oracula, quae promiserant, non frustrata sunt. Nam Tyrteus, licet corpore esset debilis, scripsit tamen carmen heroicum, quo accensi Lacedemonii in aciem processerunt, sicque sunt consecuti uictoriam (*Γ′ f V c ζ*

§ [Aliter:] Tyrteus genere fuit Atheniensis, poeta omni deformis parte membrorum. Is primus tubam inuenit, quo etiam Lacedemonii usi duce uicerunt Messenios. Nam cum diuturno tempore inter Lacedemonios et Messenios bellum traheretur, consuluerunt Lacedemonii oraculo Apollinem. Quibus responsum est non aliter eos posse uincere, nisi duce Atheniensi pugnarent. Quibus postulantibus Athenienses Tyrteum dederunt; et ita Lacedemonii uicerunt, cum hostes nouus tubae sonitus terruisset (*Γ′ V c ζ cons. Porph.*

*⟨Dictae per carmina sortes⟩ a Sibilla sunt (*Γ b, sed hic paene totus euanuit*

404. *Via (*c ζ*)] Ratio. Hoc est: etiam philosophia scripta est uersibus (*Γ′ f c ζ*

*Et gratia regum (*c*)] Idest carmina meruerunt amicitias regum (*Γ′ f c ζ*

405. 406. ‘Ludus et longorum operum finis’ κατὰ τὸ αὐτό dixit, quia, quando uult aliquis post laborem requiescere, utitur lyra et carminibus. Et est perpetuum epitheton operum, idest laborum molestorum (*Γ′ b f V*

406. § Finis (*ν c ζ*)] Hoc est ut ad carmen libenter operarentur et cum delectatione opus ad finem perducerent (*Γ′ b f V c ζ*

§ Ne forte p. (*ν*)] Ideo, inquit, enumeraui haec, ne erubescas referri in numerum poetarum, idest ideo dixi

1 illorum *γ* eorum *ζ* ipsorum *cett.* ducem eis posse *f* 2 set *γ* 7 Aliter *V* Item *c ζ om. cett.* 8 membrorum *ν ζ*] menbrorum *Γ V c* 11 oraculo *Γ′ V c ζ*] *om. edit.* 17 a sibilla *γ*] *om. r* 20 scripta] monstrata *f c ζ* 23 κ: τ: αὐτό] κ: το αυτον *Γ V om. b f* 26 operum] *om. V* 27 hoc est] id *ν* ad *γ ν b V*] p *r, om. f c ζ*

multa commoda nasci de carmine, ne forte tibi, o Piso, poema sordida res uideatur (*Γ' b f V c ζ*

407. Sollers (*ν*)] Idest uiuax, ingeniosa, efficax (*Γ' V*

§ 'Sollers' autem proprie dicitur, qui habet peritiam rerum difficilium soluendarum (*Γ' b V c ζ*

*Cantor A. (*c ζ*)] Inuentor citharae (*Γ b c ζ*

408. § Natura fieret (*ν ζ*)] Multi quaerunt, utrum nascatur poeta an fiat. Ego utrumque dico habere poetam debere, idest et artem et ingenium (*Γ' b V c ζ*

409. *Sine diu. uen. (*ν*)] Hoc est: sine bono ingenio, sine natura (*Γ' c ζ*

411. *Altera poscit (*ν*)] Vt illud Sallustianum (*Cat.* 1, 7):

Alterum alterius auxilii eget (*Γ' b f c ζ*

412. § ⟨Contingere⟩ metam (*ν*)] Gloriam; idest ad perfectum uenire, et est sensus: qui studet ad gloriam peruenire, multa debet perferre et facere, idest sudare, algere, uigilare, abstinere a Libero et Venere (*Γ' V c ζ*

Optatam ergo metam dixit gloriam, quia finis istius modi uitae parit gloriam sempiternam (*Γ' V*

413. *Sudauit (*c ζ*)] Per aestatem (*Γ' c ζ*

*Alsit (*c*)] Per hiemem (*Γ' c ζ*

*⟨Alsit⟩] Frigore gymnici (*Γ'*

414. *⟨Abstinuit uenere⟩] Quia multum grauat frequens concubitus (*gloss. ν*

1 tibi] *om. c ζ* 2 sordida res *ν*] sordidare *Γ b f V* sordidum *c*, *om. ζ* sordere *Fabricius et Hauthal*, *uid. stud. Vindobon.* 1901 *p.* 119 *sq.* 3 idest] *om. ν* 5 soluendarum] *om. c ζ* 6 A.] aut *ζ* 9 et artem *ν V*] artem *Γ b c ζ* 10 ingenio bono *c ζ* 12 sallustianum *ν*] salust: *cett.* 15 Gloriam idest *V*] idest *cett.*, *sed* idest — sensus *om. c ζ* 17 peruenire *Γ'*] uenire *V c ζ* et facere *Γ'*] *om. V c ζ* 18 a libero et uenere *γ*] libero (libere *V*) et uenere *r ν V* a uenere *c ζ* 23 gymnici *r*] gimnici *γ* hymnici *ν*; frixit gymnici more *Cruquius; nescio an olim scriptum fuerit:* Alsit] Per hiemem frig⟨us sustinuit m⟩ore gymnici

*Qui Pythia c. (ν)] Carmen in Pythonem draconem conpositum ab Apolline (*Γ′fcζ sim. b*

416. *Nunc satis est (ν)] In hac copia inperitorum sufficit alicui sese iactare et dicere: ‘ego optimus poeta sum’, cum non sit (*Γ′bcζ*

417. § Occupet e. s. (*c*)] *Μεταφορικῶς* locutus est a ludo puerorum (*cons. Porph.*). Ita enim pueri currentes: ‘occupet scabies in extremo remanentem!’ Idest ego poeta sum, habeat scabiem, qui non est poeta. Hoc ergo ex persona illorum dixit, qui dicendo: ‘carmina scimus facere’ nihil sciunt et uolunt se existimari poetas (*Γ′bfVcζ*

*‘Scabies’ ludus puerorum est; habes in Suetonio Tranquillo (*lib. de lusibus puerorum fragm.* 198, *p.* 346 *Reiff.*):

Qui nouissimus, scabiosus (*γν*

418. *Sane nescire f. (ζ)] Ordo est: mihi sane turpe est fateri, quae nesciam (*Γ′bcζ*

419. § Vt praeco, ad m. t. q. e. (*leg.* c. *cum c*) e. (ζ)] Idest quemadmodum praeco uoce hortatur populum accedere ad emendas res proscriptas, ita et poeta diues hortatur multos assentari sibi per dona (*rνbVcζ*

Vt pr⟨a⟩eco (*νc*)] ⟨Scilicet in au⟩ctione (*V*

420. *Assentatores (*cζ*)] Blandos auditores (*Γ′bcζ*

*Ad lucrum (*νb*)] Ad dona sua, ad laudandum, unde dona accipiat (*Γ′b*

422. § Si uero est unctum qui (ν) recte p. p. (*cζ*)] Idest qui bene pascat. Vnctum autem lautum conuiuium et tersum, ut alibi (*epist.* I 17, 12):

3 inper: *γ*] imperitorum *rνbcζ* 5 sit *Γ′b*] sim *cζ* 6 ΜΕΤΑΦΟΡΙΝΟϹ *V* metaphoricos *rb* methaphoricos *ζ* metaforicos *γνfc* 13 scabies *γ*] *om. ν* est puerorum *ν* synthonio *ν* sythonio *γ* 16 nouissimus scabiosus *γ*] *om. ν* 18 qu: n:] nescire *cζ* 20 idest *Γ′*] *om. Vcζ* 21 emendum *ζ* 22 assentiri *rb* 24 laudatores *ν* 27 unctus *ν* 29 et — alibi] unde in alio loco *cζ*

Accedes siccus ad unctum.

Persius (1, 53):

Calidum scis ponere sumen.

Vnctum igitur appellat pulmentarium bene coctum et est satyrice dictum (*Γ' b V c ζ*

§ Si uero est (*b*)] Idest si uero sit poeta, qui bene pascit, hoc est, si habeat eum, qui cenam praeparet (*cons. Porph.*), bene mirabor, si istius modi homo possit falsum amicum a uero discernere (*Γ' b V c ζ*

423. *Spondere (*v c*)] Interuenire et fidem dicere, 'leui' pro tenui et egenti et uili (*Γ' b c ζ*

*Idest fideiussor uel tutor esse (*gloss. v*

424 *sq.* Si sciet internos commendacem (*leg.* internoscere mend:) (*v*)] Nam cum falsus amicus eodem modo illum laudat et uerus, non poterit largus poeta inter malos bonosque habere iudicium (*Γ' b V*

425. Verum amicum (*v*)] Idest cum adsentatione fallatur, uerum amicum poterit ignorare; item quia nemo diuiti uerus amicus est, a quo beneficiis redimitur (*Γ' V*

⟨Beatus⟩] Audiens ab adsentatoribus (*Γ' V*

426. *Tu seu d. (*v*)] Tu, o Piso, si donasti alicui aut donaturus es, hoc auditore carminum tuorum ne utaris (*Γ' c ζ*

429. *Pallescet (*c ζ*)] [Idest] pallidus fiet, cum coeperit te falsum laudare (*Γ' f c ζ*

§ Super his (*v b c ζ*)] Idest post haec, quae dixi: pulchre, bene, recte (*Γ'* (*γ v b*) *V cons. c ζ*

4 igitur] regit *V* recte *c ζ Pauly* 5 satyrice *b v V c ζ*] satirice *Γ* 6 idest] *om. r V c ζ* 7 pascit *r v V c*] pascat *γ* poscat *ζ* habeat *V c ζ*] habeas *Γ'*, *b parum liquet* praeparet] p̄perat *v* 11 leui] *om. Γ'* pro] *om. c ζ* uel uili *c ζ* 15 inter *Γ' b*] in *V* 17—20 *confusus ordo in codd., em. K.* 18 quia *r v*] quod *γ* quia que *V* 26 post] super *c ζ* pulcre *V euan. b* 27 bene] *om. γ* recte] *om. c ζ*

*Amicis (*νcζ*)] Idest adsentatoribus (*Γ′bcζ*

431. § Vt qui conducti (*νζ*)] Hoc est: qui conducuntur ad funera, s⟨a⟩epe grauiora faciunt uere dolentibus: ita et adsentatores plus laudant, quam amicus uerus (*Γ′ C Vcζ*

§ Item: antiqui praeficas dicebant mulieres, quae mortuos alienos conductae plorabant, quod fit in quibusdam prouinciis (*Γ′ b C Vcζ*

434. § Reges dicuntur (*ν*)] Reges enim, quos uolunt recipere in amicitiam, multo mero inebriant temptantes, an per potum, quae habeant secreta, prodant (*Γ′ Vcζ ex Porph.*

§ Docet autem hoc loco multa cura et multo studio asciscendos esse amicos (*Γ′bVcζ*

*Culullis (*ν*)] Idest calicibus, diminutiue a culleo, ut alibi ipse (*carm.* I 31, 10—12):

Diues ut aureis
Mercator exsiccet uina culullis (*Γ′bfcζ*

435. § Et torquere (*ν*)] Idest examinare, protrahere ad confessionem (*ex Porph.*). Idest uino explorare ingenia dignorum amicorum (*Γ′bCVcζ*

437. § Nunquam te fallant animi s. u. l. (*ζ*)] Idest uide, ne te fallant astuti animi, qui, cum sint uafri et subdoli, innocentem praeferunt uultum, quasi uulpes in ⟨A⟩esopi fabulis contra coruum (*Γ′bfCVcζ*

§ Sub uulpe (*rb*)] Idest sub inposturis adulantium et sub dolo. Vulpes enim dolosum animal, ut in ⟨A⟩esopi

3 saepe] sicut *cζ* 7 quod — prouinciis] *intra schol.* Audiens — redimitur *p.* 374 *perperam inserta in V* 11 habent *cζ* 15 idest — culleo] *om. b* diminutiue *γν*] diminutiuum *rfcζ* 18 culullis uina (uitia *ζ*) syra reparata merce *cζ* 19 idest] *om. ν* ex:] *om. cζ* 20 idest] *om. γ* 22 idest] *om. cζ* 23 animi astuti *b* 24 praeferunt (pref:)] proferunt *V* perferunt *C* 25 coruum] coruorum *V* coruos *cζ* 26 inp:] imp: *bfc* inobscuris *ζ* 27 uulpis *rC* uulpes (uupes *ζ*) *cett.* ut — fabulis] *om. C* esopi fabulis] *om. bf*

fabulis; sic et qui uersus faciunt, ex factione adulantium facile possunt subdolos animos prouidere (*Γ′bfCVcζ*

*⟨Sub uulpe⟩] Idest sub astutia (*Γ*

438. *Quintilio (*νcζ*)] Hic erat Quintilius Varus poeta Cremonensis, amicus Virgilii (*Γ′fCcζ ex Porph.*

439. *Melius te posse negares (*ζ*)] Deest 'si' (*Γ′cζ*

441. § Incudi redd. uer. *r*] Scilicet hoc iubebat, ut denuo uersus corrigerentur, quemadmodum ferramentum male productum redditur incudini et bene ibi formatur (*Γ′bEVcζ cons. Porph.*

444. § Quin sine riuali (*νζ*) teque et tua s. a. (*ζ*)] Sine riuali amantur carmina, quando amantur ab eo solo, qui fecit ea. Riualem pro emulo posuit; riuales enim sunt unius meretricis amatores; et hoc tractum ab antiquis; riuales enim dicebantur, quod in agris riuum haberent communem et propter eum saepe disceptarent (*Γ′ b E Vc ζ*

446. *Duros (*cζ*)] Male sonantes (*Γ′Ecζ*

*Incomptis (*ν*)] Non bene currentibus, sine *οἰκονομίᾳ* scriptis (*Γ′bfEcζ*

447. *⟨Transuerso⟩] Non transuerso calamo, sed transuerso apice (*Γ*(*γf*)*E*

*Atrum signum (*b*)] Notam culpae; significat enim notatum uersum, male formatum (*Γ′bfEcζ*

449. *Arguet a. d. (*c*)] Amphibolias uituperabit (*ΓEcζ*

1 faciunt *γ*] facit *cett.* ex — facile] *om. C* 2 possunt] potest *bfCcζ* 6 *DESINIT cod. C* 7 *INCIPIT cod. E* scilicet hoc *K.*] sic hoc *V* sic hoc autem *b* hoc *Γ′ E om. cζ* 8 corrigerentur] corrigeretur *EV* rescriberentur *b* 9 incudini *γνE*] incuclini *V* incudi *rbcζ*, *uid. stud. Vindobon.* 1901 *p.* 120 ut ibi bene reformetur *b* 12 carmina quando amantur] *om. ν* 13 fecit *Γ′cζ*] facit *bEV* 14 unius *Γ′bE*] cinnius *V* alterius *cζ* et] *om. cζ* 16 discreparent *cζ* 19 sine — scriptis] *om. E* oeconomia *b* inconomia *ν* eoco nomia *f* IOKONONIA *γ* economia *ζ*, *lacuna in c* 21 set *γ* 25 amphibolias *r*] amphibologias *γ* amphyboloyas *c* amphiboloias *Eζ* (amphibolice dictum *gloss. b*)

450. § Fiet Aristarchus (*νζ*)] Nomen Graeci grammatici, qui Homeri carmen adnotauit. Ille ergo iudex etiam optimi poetae fiet (*Γ′bfEVcζ*

§ Qui Aristarchus Homerum emendans hoc signo notauit uersus, quos iudicauit Homeri non esse (*Γ′bfEVcζ*

452. *Irrisio laudatorum etiam in aliis maioribus ipsum docebit errare (*Γ′bfEcζ*

*Sinistre (*cζ*)] Contrarie (*Γbcζ*

453. *⟨Morbus regius⟩] Ἴκτερον dicitur Graece (*Γ*

*Regium ideo uocat morbum elefantinum, quia elefanti regio ministerio deputati sunt (*gloss. ν*

§ Morbus regius (*ν*)] Quem quidam demoniacum, alii comitialem, alii arquatum uocant, quem Graeci ἴκτερον dicunt, quibus oculi uirides sunt (*Γ′bfEVcζ*

454. § Aut fanaticus error (*cζ*)] Fanaticum errorem pati dicuntur, qui a fanis percutiuntur, idest qui limphatico agitantur (*Γ′EVcζ*

*Sicut lunaticum aut morbosum ita insanum poetam fugiunt sapientes (*Γ′E*

456. § Agitant (*νcζ*)] [Persecuntur.] Nam pueri praetereuntibus inludere soliti, quos insectantur, in dementiam conpellunt (*Γ′bVcζ ex Porph.*

1 aristharcus *ν* aristarcus *ζ*   3 optimi — signo] *om. ζ*   fiet] *om. rbf*   4 qui] *om. bf*   aristarcus (asistacus *f*) scilicet *bf*   emendans homerum *V*   6 laudati *cζ om. ν*   9 IKTECON *r* IKTЄTON *γ*   dr̄ gr̄ *Γ*   ** *fragm. Bobiensia argumenti grammatici, gramm. Lat. ed. Keil* VII *p.* 544: 'morbus regius dicitur ἴκτερος', *cf. schol. Iuu.* 6, 564   13 comitialem *γ*] comicialem *b* comitalem *rνfEV* comitabilem *cζ*   arquatum] *Γ′EV*] arcuatum *bf* aquarium *cζ*   IKTERV̄ *Γ′* ikteron *f* ik^t^erū *V* isteron *b*, *lacuna in cζ* iterum *E*   14 oculi uirides] *cf. Plaut. Men.* 828: Viden tu illic oculos uirere? ut uiridis exoritur colos e. q. s.; *stud. Vindobon.* 1901 *p.* 120   uirides sunt] uiridescunt *cζ*   16 idest — agitantur] *ex Porph., om. E*   20 persecuntur *γ* persequntur *ζ* persequuntur *rc* prosequuntur *ν om. bV*   21 inl: *γνV*] illudere *rbcζ*   22 conp: *ν*] comp: *cett.*

457. *Ructatur (*v*)] Pro ructat (*ex Porph.*), ut Cicero (*in Catil.* II 5, 10):

Eructant sermonibus c⟨a⟩edem (*Γ′ b f sim. c ζ*

458. § In puteum fou. (*v*)] Sensus est: nec semel insanos uersus faciet, nec carebit cupiditate, ut assidue tamquam in foueam cadat (*Γ′ E V c ζ*

463. § Siculique p. (*v*)] Empedocles fuit Agrigentinus Pythagoricus, qui se in flammas Aethnae montis iniecit inmortalitatem adfectans; quod eius crepidulae prodiderunt, quas flamma eructauit; aereis enim usus fuerat (*Γ′ E V c ζ*

465. § Frigidus E. (*v*)] Empedocles enim dicebat tarda ingenia frigido circa praecordia sanguine inpediri (*Γ′ b E V c ζ*

466. Insiluit (*v*)] Dum credit ex opinione hominum collecturum diuinitatem, si nusquam comparuisset (*Γ′ (r v E) V ex Porph.*

467. *. . . quasi occidit et quasi biothanatum fecit (*b mg.*

470. § Cur uersus f. (*v*)] Nec scitur poena, propter quam facit uersus malos insanus poeta, an quia laeserit bidental aut quia uiolauerit sepulchrum (*Γ′ b f V c ζ*

471. § ⟨Triste bidental⟩] Locus fulminis. 'Triste' autem, quoniam propter lapsum fulmen constituitur. Et

1 ructat *b Porph.* eruttat *ζ* eructat *cett.* ut — cedem] *om. f; c ζ exhibent:* ut et iam nox humida caelo (celo *c*) precipitat (= *Verg. Aen.* II 8. 9) 7 enpedocles *γ* 8 phitagoricus *Γ E V, recte v* 9 inm: *γ v E V*] immortalitatem *r ζ* īm: *c* adfectans *γ V*] affectans *r v E c ζ* 10 aereis — fuerat] *om. E* 12 empedocles *r b v c ζ*] empedacles *V* enpodecles *γ* enpeducles *E* 13 impediri *Γ′ c ζ* impedire *V* inpedire *E* īmpe| *b* 20 nec scitur *K.*] nescitur *c ζ* nec scietur *r v b f V* nescietur *γ* 21 malos uersus *γ* an *r b V c ζ*] in *v* aut *γ f* 22 an quia uiol: *c ζ* aut quia uiol: *cett.* sepulchrum *r v b f* sepulcrum *γ V* patris sepulchrum *c ζ* 23 locus fulminis] *om. v* fluminis *γ c* fulminum *ζ* 24 quoniam *Γ′ b*] quod *V c ζ*

bidental a bidentibus dictum; nam reliquias fulminis pontifices cum sacrificio sepeliebant (*Γ' b Vcζ*

Aliter: id, quod bis (Iouis *Porph.*) fulmine percussum est, bidental appellatur; hoc expiari non potest. Errant autem, qui dicunt ab agna dictum bidental (*ex Porph.*). Bidental locus est, in quo fulmen est conditum. 'Triste' bidental ideo, quia tristes fiunt homines uidentes locum, in quem ceciderit fulmen. Tristes autem recordatione (*Γ' b V*

*⟨Bidental⟩] Locus est, ubi publice condebantur a sacerdote fulmina, uel ubi immolabantur oues, quae duos dentes habent praecisores (*ν*

472. § Mouerit i. c. (*c*)] Incestus dicitur homo pollutus, qui flagitium commiserit aut in sororem aut in sacerdotem aut in affinem (*Γ Vcζ*

473. *Clatros] Rudos (*Γ et cod. Hor. a* (*Ambros.*)

474. *Indoctum doctumque f. (*ζ*)] Idest omnibus dicit: 'audite me!' cum ab omnibus fugiatur (*Γcζ*

476. § Hirudo (*cζ*)] Inter harundinem, hirundinem et hirudinem multum interest: harundo canna, hirundo auicula, hirudo sanguisuga (*Γb Vcζ*

2 sepeliebant (seppell: ζ)] reponebant *γ* 3 aliter id *K.*] item aliquid *r* aliquid *cett.* aliter *edit.* id *Porph.* 4 appell:] apellatur *γ* uocatur *r* *om. V* hoc] *om. V* 6 conditum] positum *rb* 13 472—476 *DEFICIT cod. ν* 21 hirudo s:] *cons. Porph.*

GLOSSARVM Γ APPENDIX

Hic memorabiliores aliquot uel adnotationes uel singulas uoces ex scholiis interlinearibus codicum *Γ* = *γrvαbfεzLE* reperies excerptas. Perpauca etiam ex aliis codicibus Horatianis ut *DFλφμuxcζ* addita sunt.

Siglo *Γ* in hac glossarum appendice significatur aliquid aut in codicibus *γ* et *r* aut in codice *γ* aut *r* accedente quolibet altero eiusdem stirpis libro (ut *αbε* etc.) reperiri.

Vocabula aut ἅπαξ λεγόμενα aut certe rarissima spatiosiore scriptura insignienda curauimus. Signo † adscripto ea uerba, quae ab usu iam uidentur remota fuisse, denotauimus.

CgL. = Corpus glossariorum Latinorum, confecit G. Goetz.

c. I 1, 8. Tergeminis tollere honoribus] Senator, consul, pr(a)etor, tribuni, ⟨a⟩edilis, qu(a)estor, c . . . (censor?), patricius *μ* (= *Montepessulanus*)

c. I 2, 48. Ocior †] Velocior *v* *CgL.* IV *p.* 264. V *p.* 573

c. I 4, 1. Vice] Alternatione *v*

c. I 5, 1. In rosa] Rubedine *α*

c. I 5, 8. Nigros bene dixit uentos, quia ipsorum motione immutatio fi[e]t aeris *v*

c. I 8 *tit.* Erotice uel laerchetice (= loedoretice) idest inuectiue *v*

c. I 9 *tit.* Symboleutice idest consiliatiue *v*

c. I 9, 23. Lacertis †] Brachiis *v*

c. I 10 *tit.* Eucharistice idest glorificatiue *v*

c. I 12 *tit.* Prosphonetice idest exclamatorie *v*

c. I 13, 9. Vror] Tristor *Γ*

c. I 13, 18. Inrupta] Indissolubilis *Γ*

c. I 17, 7. Olentis uxores mariti] Acyrologia est ut Virgilius (*ecl.* 7, 7): Vir gregis ipse caper deerrauerat et (*georg.* III 125): Quem legere ducem et pecori duxere maritum *cφζ*

c. I 22, 5. Syrtis] Loca inaquosa *Γ*

c. I 22, 14. Esculus est arboris species, quae uulgo appellatur sorbarius *f*

c. I 23, 1. Inuleo] Pullo cervino *r* Ceruino pullo *α* Anniculus ceruus *αλφ*

c. I 23, 5. Ecbasis poetica *αλφ*; idest excursus uel euagatio *λφ*

c. I 23, 12. Viragines dicimus illas uirgines, quae iam aptae sunt nuptui *f*

c. I 25, 9. Inuicem] Singillatim *Γ*

c. I 27, 10. Opuntia (*om. φ*) Locrense oppidum, quo (*om. λ*) erat aditus Auerni eundi (*sic*) ad infernum *λφ*

c. I 27, 21. Sag⟨a⟩e dicuntur incantatrices a sagacitate *γ om. r*

c. I 27, 23. Pritus rex habuit uxorem Anthiam nomine, quae amauit Bellerofontem; quem cum de stupro interpellasset et ille reniteretur, criminata est illum apud maritum. Ille eum ad Chimeram interficiendam misit, quam Bellerofons equo Pegaso insidens (residens *codd.*) interfecit, qui de sanguine Gorgonis natus est *λφ*

c. I 28, 25. Particulam] Pugillum *λφ*

Sic aduerbium adiuratiuum ut (*Verg. ecl.* 9, 30): Sic tua Grineos fugiant e. t. *γ* (*om. r*)

c. I 28, 30. Inmeritis] Inculpabilibus *Γ*; *item c.* I 17, 28 inculpabilem *α*

c. I 28, 31. Forset †] Pro forsan uel pro forsitan *λφ*

c. I 29, 15. Loricis Hiberis] Catexoche (*sic*) figura discretiua *λφ cf. Porph.*

c. I 34, 13. Insignem] Praediuitem *Γ*; *item c.* II 18, 12 Potentem] Praediuitem *Γ*

c. I 35, 4. Funeribus] Luctibus *Γ*; *cf. CgL.* V *p.* 296: funera] luctuosa

c. I 36, 12. Iuxta morem saltantium *Γ*

c. I 36, 13. Voratrix meri *r*

c. I 36, 18. Nouo] Nouiter reuerso *γ om. r*

c. II 1, 17. Quasi fantasmaticos *λφ*

c. II 1, 18. Litui †] Bucinae *λφ*

c. II 3, 13. Huc †] Illuc *Γ item c.* III 1, 34

c. II 3, 26. Sero enim an (= siue) mature moriaris, explebis sortem *Γ*

c. II 5, 6. Iuuencae] Pro iuuenculae mulieris posuit *Γ*

c. II 5, 23. Discrimen] Discretio *Γ*; *item* discretione *r* *c.* I 18, 10

c. II 7, 16. Aestuosis] Ebullientibus *Γ*

c. II 8, 4. Vngui †] Vngula *Γ* (*cf. CgL.* VII *p.* 382)

c. II 11, 7. Lasciuos amores] Flexuosos *Γ*

c. II 11, 10. Vernis †] Pro uernalibus *Γ*

c. II 12, 26. Facili saeuitia] Leui luctamine *v*
c. II 13, 2. Sacrilega manu] Violatrice Γ
c. II 13, 11. Caducum] Ruinosum Γ
c. II 14, 8. Tristi] Infernali Γ
c. II 14, 13. Frustra †] Incassum Γ
c. II 15, 2. Moles] Magnitudines aedificiorum Γ
c. II 16, 40. Vulgus] Vilem turmulam *v*
c. II 17, 8. Tu es medietas meae animae Γ
c. II 17, 18. 19. Scorpius] Qui est, ut dicunt, letale signum eo quod, qui in illo fuerint nati, citius moriantur *γ*
c. II 18, 18. Sub ipsum funus] Sub ipso defectu uitae Γ Idest iam (eam *cod.*) capularis *γ* . . . in extremis . . . *γ*
c. II 18, 26. Salis] Vadis Γ
c. II 18, 34. Satelles Orci] Idest C⟨h⟩aron *α recent.* Idest miles, Cerberus scilicet *r* Cerberus miles *γv*
c. II 19, 8. Metuende †] Timende *γ*; *CgL.* V *p.* 537: metu⟨i⟩] timeri
c. II 19, 8. T⟨h⟩yrsi sunt generaliter omnes stipites arborum uel herbarum; dicitur autem ferre Liber pampineam hastam, pro qua t⟨h⟩yrsum hic posuit *f*, *cf. CgL.* V *p.* 398: tyrsus] hasta cum pampino
c. II 19, 15. Non leni] Litotes: scilicet (sed *γ*) pr(a)ecipiti *γ*
c. II 19, 19. Viperino] Anguineo, species pro genere Γ
c. II 19, 25. Choreis] Saltationibus Γ
c. II 20, 6. Sanguis] Prosapia Γ
c. II 20, 8. Idest non tenebor claustris infernalibus Γ
c. II 20, 9. Tactus (= apoplectus) scilicet iam se dicit in formam cigni transire Γ
c. II 20, 9. Transfiguror in cignum: cignorum enim natura est, ut scabras pelles habeant (habitant *f*) in cruribus sine plumis, et si ab inferioribus ad superiora per crura manus ducitur, asperitas pellis sentitur; dum uero a superioribus ad inferiora, ⟨a⟩equa ei (et?) plana dicitur *f*
c. II 20, 22. Idest ne murmuraueris (= lamenteris) Γ
c. III 1, 30. Fundus mendax] Infructuosus Γ
c. III 1, 35. Redemptor] Emptor uel mutator *v*
c. III 1, 44. Costum] Pro omnibus pigmentis posuit *v*
c. III 2, 17. Repulsae nescius] Repulsionis ignara Γ
c. III 3, 27. Pugnaces] Doctos pugna Γ
c. III 3, 29. Ductum] Elongatum Γ
c. III 3, 30. Protinus †] Deinceps Γ
Grauis] Inportabilis Γ
Insultet] Libere superuagetur Γ
c. III 3, 45. 16, 19. 17, 9. Late] Diffuse Γ; *CgL.* IV *p.* 104
c. III 4, 12. Palumbes] Agrestes columbae Γ

c. III 4, 17. Viperis] Pro quolibet diro serpente *Γ*
c. III 4, 47. Diuos] Superos uel semideos *Γ*
c. III 4, 55. Euulsis] Eradicatis *Γ*
c. III 4, 56. Audax] Pr(a)esumptuosus *Γ*
c. III 4, 57. Aegida] Capud Gorgone *v*

c. III 5, 6. Hostium] ʽΥΠΈΡΒΑΤΟΝ. Sic ordinandum: Et hostium socerorum in armis consenuit (consinuit *γ*). Nam illa per exclamationem in medio, quae Graece dicitur diameses (= *διὰ μέσης*), inlata sunt: Pro curia inuersique mores! *γ* (*nil nisi*: Ordo: hostium socerorum *r*)
c. III 5, 19. Delubris †] Templis *v*
c. III 5, 35. Lacertis †] Brachiis *Γ CgL.* VI *p.* 617
c. III 5, 49. Atqui] Certe *γ*, *cf. CgL.* IV *p.* 8 *et* 481: atquin] certum est.
c. III 6, 1. Inmeritus] Inculpabilis *Γ*
c. III 6, 9. Bis †] Duabus uicibus *Γ*
c. III 6, 13. Occupatam] Inuasam *Γ*
c. III 6, 40. Arbitrium] Iussionem *Γ*
c. III 6, 42. Mutaret] Ampliaret *Γ*
c. III 7, 2. Fauonii] Zephiri *Γ CgL.* V *p.* 361
c. III 7, 8. Insomnis] Peruigil *Γ CgL.* IV *p.* 98
c. III 7, 20. Fallax] Deceptor *Γ*; *cf. CgL.* IV *p.* 341: fallax] decipiens
c. III 7, 21. Frustra †] Nequiquam *Γ*
c. III 8, 8. Ictu †] Lapsu *Γ*
c. III 8, 10. Corticem] Coopertorium *Γ*
Adstrictum] Superlitum *Γ*
c. III 8, 11. Amphorae] Vasis uinarii *Γ*
c. III 8, 15. Esto †] Pro sit *Γ*
c. III 9, 10. Modos] Cantilenas *Γ*
c. III 9, 15. Bis patiar mori] Idest biothanata fieri *b*
c. III 9, 18. Cogit] Coadunat *Γ*
c. III 9, 21. Quamquam †] Quamuis *Γ CgL.* IV *p.* 460 et 383
c. III 10, 6. Satum †] Plantatum *Γ*
c. III 10, 7. Glaciet] In glaciem stringat *Γ*
c. III 10, 9. Ingratam] Abhominabilem *Γ*
c. III 10, 13. O] Aduerbium optandi *Γ*
c. III 10, 18. Anguibus †] Serpentibus *Γ*; *CgL.* VI p. 69.
c. III 11, 2. Mouit] Mouere (*leg.* moueri) fecit *Γ*
c. III 11, 13. Tigres] Animalia uelocissima *Γ*; *cf. CgL.* III *p.* 523: tigris] bestia uelox
c. III 11, 19. Sanies] Corruptio (*sc.* sanguinis) *Γ*; *cf. CgL.* IV *p.* 281: saniem] corruptionem sanguinis
c. III 11, 21. Ixion Tityosque] Gigantes fuerunt *Γ*
c. III 11, 24. Mulces] Refoues *Γ*

c. III. 11, 35. Splendide mendax] Pulchrum enim est pro iustitia mentiri Γ
c. III 11, 45. Saeuis] Inportabilibus Γ
c. III 11, 52. Scalpe †] Caela Γ
c. III 13, 14. Cauis †] Antralibus Γ
c. III 14, 24. Abito †] Vade Γ
c. III 15, 8. Ostendit . . . filia⟨m⟩ eius uirosam esse γ
c. III 15, 12. Lasciuae] Petulcae Γ
c. III 16, 19. Conspicuum] Toruum Γ
c. III 16, 28. Sufficit mihi pusillitas mea *b*
c. III 17, 2. Quando] Siquidem Γ
c. III 17, 12. Augur] Diuinatrix pluuiae Γ
c. III 18, 4. Aequus] Non nociuus Γ
c. III 18, 10. Annualia festa Γ
c. III 18, 14. Etiam insensibilia laetantur Γ
c. III 19, 12. Miscentur] Propinantur Γ
c. III 19, 16. Metuens] Nomen est, et ideo genitiuum trahit Γ
c. III 19, 26. Vespero] Occidentali Lucifero Γ
c. III 19, 28. Lentus] Adhaesibilis Γ
c. III 20, 14. Odoratis] Vngentatis Γ
c. III 22, 1. Venatrix Γ
c. III 23, 10. In nemorosis locis Γ
c. III 23, 16. Fragili] Brisili Γ
c. III 23, 18. Sumptuosa] Fluxa Γ
c. III 24, 17. Apud nos quidem odiunt (*cf. CgL.* VII *p.* 15) nouercae filios alienos, apud illos uero eos ita nutriunt et diligunt ut filios, non ut filiastros (*cf. CgL.* VI p. 451) *αb*
c. III 24, 31. Bonos, inquid, homines et omni uirtute plenos, quos incolumes uidemus per inuidiam odientes, mortuos qu⟨a⟩erimus γ
c. III 24, 32. Ex oculis] Ex intellectibus *r*
c. III 24, 39. In cristallum coactae Γ
c. III 24, 62. Improbae] Inexplebiles Γ
c. III 26, 5. Laeuum †] Sinistrum Γ; *CgL.* VI *p.* 620
c. III 26, 6. Lucida] Luciflua Γ
c. III 27, 1. Parrae] Parua auis est Γ; *cf. CgL.* III 319 *et* 518: parra modica] αἴγινθος μικρός
c. III 27, 1. Recinentis †] Recantantis Γ
c. III 27, 23. Nigri] Nociui Γ
c. III 27, 27. Beluis] Caetibus marinis Γ; *CgL.* IV *p.* 29: cetus] belua marina
c. III 27, 30. Opifex] Operatrix *b*
c. III 27, 31. Sublustris nox dicitur, quando luna parum lucet *αb*
c. III 27, 52. Nuda] Sine adiutorio Γ

c. III 27, 63. Erile †] Dominicum *Γ*
c. III 28, 7. Horreo] Penu, promtuario *Γ*
c. III 28, 8. Amphoram †] Cadum *Γ*
c. III 29, 8. Iuga] Territoria in collibus (montibus *b*) sita *Γ*
c. III 29, 15. Auleis] Cortinis *Γ*; *cf. schol. a. p.* 156. *CgL.* IV *p.* 406.
c. III 29, 43. Vixi] Quiete degui *Γ*
c. III 29, 57. Mugiat] Reboet *Γ*; *cf. CgL.* V *p.* 239: reboant] remugiunt
c. III 29, 61. Addant] Augmentent *Γ*
c. III 30, 7. Libitinam] Capulum *Γ*
c. III 30, 10. Violens] Impetuosus *Γ*
c. IIII 3, 6. Deliis] Apollineis *Γ*
c. IIII 3, 12. Aeolio carmine] . . . quinque autem sunt caracteres sermonum: Atticus, Asianus, Aeolius, communis, Rhodius. Ex his quidam lirici caractere Aeolio sunt usi *γ*
c. IIII 4, 1. In perihodo principii huius duplicem facit comparationem *γ*
c. IIII 4, 17. Reti] Gens Galliarum *r*
Retii, Vindelici, Norici (nonci *cod.*), Illirici et Baguarii unum sunt *α*
c. IIII 4, 29. Sententialiter dicit *Γ*
c. IIII 4, 34. Rectique cultus] . . . informationes intellegendum est *Γ*
c. IIII 4, 38. Metaurum] Fluuius Galliae, alii dicunt Italiae *Γ*
c. IIII 4, 51. Sectamur ultro] Peruerse *Γ*
c. IIII 4, 64. Est autem iuxta Thebas desertum omnibus monstris plenum. Sunt enim ibi onocentauri, leones, lamiae, draconum et omnia monstrorum genera *α*; *cf. quae de Antonio Eremita narrantur*
c. IIII 4, 65. Merso mersas pr(a)eteritum perfectum (*om. r, non γ E*) mersaui facit, et est actiuum; alterum autem uerbum mergo mergis pr(a)eteritum perfectum (*om. r E*) mersi facit, et est neutrum *Γ*
c. IIII 5, 19. Volitant] Commeant *Γ*
c. IIII 5, 24. Numquam criminosis poena differtur *Γ*
c. IIII 6, 18. Nescios fari] Infantes perifrasticos dicit *Γ*
c. IIII 6, 21. Victus] Flexus *Γ*
c. IIII 6, 28. Agyieu] Villanus, quia in uillis eius statuae erant *Γ*
c. IIII 6, 39. Quia omnia crescunt cum luna *Γ*
c. IIII 7, 4. Flumina praetereunt] . . . Aliter pr⟨a⟩etereunt intracurrunt ac per hoc non transcendunt *Γ*
c. IIII 7, 21. . . . cum de te absque ullo fuco splendide et lucide iudicauerit *Γ*

c. IIII 7, 25. . . . Licet ad uitam reuocatus [dicatur] Hippolytus tamen hac potuit non luce teneri (hipolitus non tamen diu potuit hac luce teneri *γ*, hypolitus non tamen diu potuit in hac luce teneri *r*) *Γ*

c. IIII 9, 2. Verticosus est iste fluuius *Γ*

c. IIII 12, 2. Vt alibi (*Verg. Aen.* I 57): Mollitque animos uentorum *Γ*

c. IIII 12, 10. Pan curat oues (*Verg. ecl.* 2, 32 *sq.*): Pan deus Arc[h]adiae *Γ*

c. IIII 12, 17. Onix] Ampulla est marmorea quam dicunt Gr(a)eci onixen, aut certe mensura est ipsius pigmenti *Γ*

c. IIII 12, 17. Cadum] Orcam; ut (*Verg. Aen.* I 195): Quae deinde bonus cadis honerarat Acestes *Γ*

c. IIII 13, 25. Annositate similem fecerunt te fata uetulae (*om. γ*) cornicis *Γ*

c. IIII 14, 33. Quoniam coniecturale est, utrum propter religionem Caesaris uicerit Drusus Genaunos *Γ*

c. IIII 15, 6. Signa] Vexilla aquilarum et draconum *v*

c. IIII 15, 20. Inimicat] Statius in secundo libro: Inimicent classica turmas *r* = *Theb.* II 419

c. IIII 15, 21. Danubium] Fluuius Germaniae *Γ*

epo. 1, 27. Sidus feruidum] Scilicet Cancri *f*

epo. 1, 34. Nepos] . . . uel etiam a nepa serpente (-ę *f*) qui omnes deuorat natos praeter (propter *cod.*) unum (uinum *cod.*) qui latenter in setis dorsi eius inuadit *f*

epo. 2, 9. Adulta] Incrementata *b*

epo. 2, 13. Inutiles] Idest steriles, infructuosos *Γ*

epo. 2, 15. Pressa] Eliquata *Γ*

epo. 2, 19. Admiratiue *bf*

epo. 2, 45. Cratibus textis] Caulis septis *Γ*

epo. 2, 47. Quod autem 'horna' dixit, ad idioma rusticae pertinet simplicitatis *Γ*

epo. 2, 53. Afra auis] Idest gallina maior *v*

epo. 2, 65. . . . familiosae *v*

epo. 3, 2. Fregerit] Strangulauerit *v*

epo. 5, 17. Caprificus arbusculum est (est arbusculum *v*) nascens in parietibus (in p: n: *v*), et dicitur quasi caprarum ficus, quod rustice dicitur caprifolium *Γ* (*v om.* quod — caprifolium)

epo. 5, 19. Ranae] Idest bufonis *v*

epo. 5, 28. Echinus] Genus maritimi animalis, quod nauim cui adh⟨a⟩eserit stare immobiliter facit. Est autem hispidum paruumque *r*

epo. 5, 40. Pupulae †] Vel pupillae quas dicimus oculorum esse *v*

epo. 5, 58. Suburanae canes] A ciuitate uel platea *v*

epo. 5, 84. Lenire] Lenibat Γ

epo. 5, 84. Voces impias] Incantatrices *b*

epo. 6, 6. Vis] Efficacia Γ; *cf. epo.* 17, 75: Insolentiae *leg.* Inpotentiae] Quasi nouae potentiae, efficaciae Γ

epo. 6, 9. Comparat illum nugaci et guloso cani, qui ut horribili uoce semel aut bis implet nemus, si odoratur cadauer, desistit persequi feram, com[m]edens cadauer. Ac per hoc datur intellegi Cassium edulio a detractionibus cessare *r*

epo. 6, 16. Vt puer inuindicatus plorabo Γ

epo. 7, 2. Enses conditi] Iam in uagina constituti Γ

epo. 9, 16. Conopeum est genus retis uel tentorii ad prohibendos culices (Γ*b*) et muscas abigendas (*b*)

Conopeum] Rete muscarum α; *CgL.* V *p.* 350

epo. 9, 36. Metire nobis Caecubum] Aut quod dicunt plebei mensuram Γ

epo. 12, 12. Tenta cubilia] Cortinas in cubilibus tentas *b*

epo. 12, 12. Tectaque] Stragulis cooperta Γ

epo. 12, 23. Aequales] Co⟨a⟩euos *b*

epo. 13, 10. Leuare] Ἐπικουφίσαι γ, *CgL.* II *p.* 120: leuat] κουφίζει

epo. 13, 16. Caerula] Marina aut cyanei coloris Γ; *CgL.* II *p.* 95: caeruleum] κυάνεον. IV *p.* 318: caeruleo] marino colore

epo. 14, 3. Lethaeos] Obliuiales *r*

epo. 15, 21. Vnde etiam Apuleius dicit similiter animam suam fuisse in corpore asini et meminisse deuexisse plurima sagmata et onera in Egiptum. Vnde etiam facit librum quendam, quem appellat de aureo asino *f*

epo. 16, 6. Alobrox idest Burchundio α, *cf. Holderi altcelt. Sprachschatz* I 103; Allobrox Burgundio *CgL.* VI *p.* 52

epo. 16, 6. Ipsi Galli Rufi qui et Sequa⟨ni⟩ . . . aut a Vesontio ciuitate *b*, *cf. CgL.* V *p.* 500: Allobroga Gallus rufus

epo. 16, 17. In Burgundia Massiliam condiderunt *z*

epo. 16, 45. Caulis autem generale nomen est omnium herbarum uel arborum omniumque fruticum. Inde legimus (*euang. Matth.* 24, 32): Cum iam uiderimus ca⟨ul⟩iculo⟨s⟩ foliorum procedere, scitote, quia ⟨a⟩estas affinis est, idest prima arborum folia. Legimus etiam in historiis Romanorum, quod, si quis eorum uulnus in praeliis (im̄pliis *f*) excepisset, domestico caule curabatur *f*

epo. 16, 49. Multra feminini generis est in singulari numero. Virgil. (*ecl.* 3, 30): Bis uenit ad multram binos a. u. f. In plurali autem numero neutri, sicut hoc loco. Est autem multra uas, ubi pressum recipitur. Mu⟨l⟩trale uero locus est, in quo mulgentur pecora *f*

epo. 17, 1. Efficaci] Perfectrici arti magicae Γ

epo. 17, 37. Cum fide] Sine praetermissione Γ
epo. 17, 51. Obstetrix] Quae obstat dolori parturientis Γ
epo. 17, 71. Norica ipsa est Venetia *b*
epo. 17, 79. Viuificare *b*

c. s. 54. Secures] Quia illo (ille *cod.*) tempore magnates eas deferebant *f*

c. s. 64. Corporis artus] Περιφραστικῶς corpora Γ
s. I 1, 10. Sub galli cantum] Gallicinio ipso Γ; *cf. CgL.* VI *p.* 482
s. I 1, 19. Mutatis professionibus uestris Γ
s. I 1, 43. Comminuas] Minutatim consumas Γ; *cf. CgL.* VI *p.* 239
s. I 1, 53. Granaria] Repostoria Γ
s. I 1, 75. Veste, calciamentis et lauacro Γ
s. I 1, 99. Hic libertam pro amica quidam accipiunt, alii uero libertam Γ
s. I 1, 107. Rectitudo *v*
s. I 2, 1. Venditrices Γ
s. I 2, 19. Expensam Γ
s. I 2, 27. Pastillos] Timiamatis *vψz*. Ex uipera fiunt pastilli, qui tiriaci (= θηριακοί) uocantur a Grecis; posuit autem pro quolibet odore Γ *cons. F*
